coniugibus equiparentur, ne ue preterquam genere propinqui quicquam ex testamento lucrarentur; Consentit, si recte expendatur Ulp. in fragm. tit. 16. ubi; item si cognati inter se coierunt usque ad sextum gradum; Licinius Rufinus in collat. legum Mosaicarum tit. 16. in fin. ubi: sed imperator noster in hereditatibus que ab intestato deferuntur, eas solas personas voluit admitti (nempe ut preferant extraneo manumissori, de quo loquitur) quas decime immunitatem ipse tribuit. l. ult. C. Theodosiano de test. in fin. textus in § doto, 16 § 1 de castrensi peculio ubi cum Papin. in pri. eiusdem legis scripsisset, hereditatem filiofamilias militi ab uxore relictam in castrensi peculio computari, quoniam tanquam militi adquirit, et privilegio militie, quo sublato eam ultra decimam capere non posset per leg. Pap. ut exposuimus supra cap. 1. huius 3. lib. num. 11. subiungit in d. § 1. diversum esse in hereditate fratri patrueli militanti a fratre patruele relicta, hec enim non computatur in castrensi peculio, quoniam non militie causa meritum prebet capiendi, sed sanguinis ratio, iuxta quam cum sint 3o gradu iuncti cognationis § 3 gradu inst. de gradibus. sunt etiam solidi capaces, quamvis celibes, vel orbi; nec milites sint, proinde constat non tantum liberis, et parentibus, sed in universum genere proximis intra tertium gradum legem Pap. ius antiquum servasse. 2a exceptio est in militis testamento, in quo etiam caducarie leges non observantur l. ult. de his que pro non script. l. si habeo § ~~[illegible]~~ de usufructu legat. 3a exceptio est in legato usus fructus, quo caducum vel in causa caduci nunquam fit l. titio 96 de condit. et dem. d. l. si habeo l. titio 33 de usufr. ubi rationem reddit Cuiac. lib. 27. quest. Papin. fab. in ration. ibidem sicut neque legatum libertatis l. si privatum 27 § ult. qui et a quibus l. cum ita § § fin. de opt. legat. notat Cuiac. lib. 20. quest. Papin. in l. non est cogendus § de Trebell. atque hec interim pro commentario Iulie Papie legum dixisse satis, in quo, si que dicentibus grata, neque observata vulgo aperuimus, docti censento.

finis

Dedicatio

Ianus literarius certamen. V. K. L. D. D.
Ioanni de Solórzano Pereira; in supre
mo novi orbis senatu; Consiliario Regio: D. Ioannes Suarez
de Mendoça, libens merito. D. C. Q.

Titulus

Iuliae, de Maritandis ordinibus; Papiae Poppaeae Leges, queis nullae in
ter Romanas celebriores, intricatiores ve exstiterunt;
summa, singula capita, item noviores Leges, senatusconsulta, orationes,
edicta, mandata, Rescripta Caesarum, Recep
tae interpretationes Prudentum. ad easdem leges quandiu vixerunt,
viguerunt que, ad Iustinianum usque ab Augusto;
ad veteris politiae imaginem efformata, politioris iurisprudentiae cultori
bus, pro assertionibus ακροαματικοις proponuntur.

quo tempore floruerunt

Imperator. C. Caesar octavianus. D. Iul. F. Augustus. Pont. Max. tri
bun. pot. P.P. Consul. VI. anno ab urbe condita 725 post civilia
bella, Pharsalicum, Mutinense, Philippense, Perusinum, Siculum,
et Actium, Populum iure rogavit, Populusque iure scivit, de procrea
tione sobolis, et augendo Erario. eidem de causis Augustus
eodem anno ab. V.C. 736. plenius leges rogavit, perrogavit, quae
Iulia est de maritandis ordinibus. dein sequuta eodem fere
fine, forma, auctore Papia Poppaea lex de caducis, quam tu
lerunt M. Papius. M. F. M. N., Mutilus, et C. Poppaeus.
C. F. C. N. Secundus Consules suffecti ex Kal. Iul. anno
ab. V.C. 762.

Cap. I.us Auctographum. ex lege Iulia.
ex titul. D. de ritu nuptiar.

Lg. lege. 44. ff de rit. nupt. Dion 16. 54. et 56. Zonaras. 2. Anal.

Qui senator est: quive filius: nepos ve ex filio: pronepos ve ex filio
nato, cuius eorum est, erit: ne quis eorum sponsam, uxorque sciens do
lo malo habeto libertinam: aut eam: quae ipsa, cuiusve pater, ma
terve artem ludricam facit, fecerit. neve senatoris filia, neptisve
ex filio: proneptisve ex filio nepote nato, nata, libertino, ei
ve qui ipse, cuius pater, materve, artem ludricam facit, fecerit: spon
sa, nuptave sciens dolo malo esto. Neve quis eorum dolo malo
sciens, sponsam, uxoremve eam habeto.

Cap. II. ex lg. Iulia et Papia

lg. lege. 23. ff. de rit. nup. Dion. lib. 54. et 56. Zonar. lib. 2. Annal.

Ingenuis omnibus praeter senatores, eorumque liberos, libertinas uxores habere liceto: ex eo quod matrimonio suscepti liberi iusti sunto.

Cap. III. ex lg. Iulia
ex Vlpian. tit. 13.

lg. palam. 43. ff. de ritu nupt. Vlp. in fragm. tit. 13. § ultimo.

Iis, qui ita nuptias contraxerint, nihil obesse fraudi, ignominiaeque esto; modo ne quis eorum sciens dolo malo sponsam, uxoremve habeat lenam, a lenone, lenave manumissam, et in adulterio deprehensam, et iudicio publico damnatam, et quae artem ludicram, vel quaestum corpore palam faciat, fecerit.

Cap. IIII. ex lg. Iulia

Vlpian. in fragm. tit. 13. in princip.

Si senator, senatorisve filius, nepos ve ex filio, pronepos ve ex nepote, filio nato, natus, sciens dolo malo sponsam, uxoremve habeat, quae palam corpore quaestum faciat, fecerit.

Cap. V.

lg. si senatoris. 47. ff. de rit. nupt.

Senatoris filiae, quae quaestum corpore, vel artem ludricam fecerit, aut iudicio publico damnata fuerit, libertino nubere liceto.

Ex Oratione Diui Marci.

lg. orat.e 16. de rit. nup. lg. 3. § 1. de donat. int. lg. oratio. 16. de sponsal. lg. palam. 43. § senatus. ff. de rit. nupt.

Quod Imperator Marcus Aurelius Antoninus Caesar Augustus verba fecit, de nuptiis senatorum ex lg. Iulia, quid fieri placeret de ea re senatus censuit. Si senator, eiusve filius, nepos ve ex filio, pronepos ve ex nepote filio nato, item si filia senatoris neptis ve ex filio, proneptis ve ex nepote filio nato, nata contra legem Iuliam nuptias contraxerint, nuptias non esse. = Item senatus censuit, non esse conveniens ulli senatori uxorem ducere, aut retinere damnatam publico iudicio, quo iudicio cuilibet ex populo experiri licet, nisi si cui lege aliqua accusandi publico iudicio non est potestas.

Ex constitutione Constantini.

lg. 1. C. de natural. liber.

Si senator contra legem Iuliam nuptias contraxerit, placeat maculam subire infamiae, si filios pro legitimis habere velit, proprio iudicio, aut principis rescripto: item donatum palam, vel talite filiis, uxori ve reddi, primum legitimis heredibus, deinde his deficientibus, aut transactione exclusis, statim, vel si dissimulent, post duos menses fisco deferri, sub poena quadrupli perquisituro.

Ex Nou. Martiani, de matrimoniis senatorum.

lg. humilem. 7. Cod. de incest. nupt.

Ingenuis nata parentibus, tametsi pauper, humilis, vel abiecta persona, non intelligitur, eiusque nuptiae Constantiniana lege, senatoribus interdictae non videntur.

Cap. VI.

Cap. VI. ex posteriore lg. Julia

Ex tractatu de sponsalibus

Sponsalia, post que, biennio exacto, sponsa duci uxor n̄ possit, ad premia maritorum, et patrum ne proficiunto, a penis celibum et orborum, ne excusanto.

Suetton. in Aug. cap. 34. Dion lib. 54. Zonaras 2. Annal.

Cap. VII. ex lg. Julia

Priori ex multis fasces sumendi potestas esto, n̄ qui plures annos natus, sed qui plures liberos, quam collega, aut in sua potestate habet, aut bello amisit. si par utriusque liberorum numerus est, maritus, aut qui in numero maritorum est, preferetur; si vero ambo, et mariti, et patres totidem liberorum, qui maior natus erit, prior fasces sumito.

lg. proconsules. 4. de officio procons. lg. bello. 18. de excus. Tutor. A. Gelli lib. 2. noctium Atticarum cap. 15.

Cap. VIII.

Patribus ad honores, quos per annarias leges capere n̄ possent, per singulos liberos, singuli anni remittuntur.

lg. 2. ff. de minor.

Cap. IX.

In petitione honorum, et sortitione provinciarum numerus liberorum in candidatis preponderato; si ex his nemo liberos habeat, mariti ceteris preferuntur.

lg. 6. § ult. de decur. lg. in albo. 9. C. eodem Tacitus in 2. et 15. Ann. Dion lib. 53.

Ex S. C. Neroniano.

Cum percrebuerit pravissimus mos, quo plerique orbi propinqui comitiis, aut sorte provinciarum fictis adoptionibus adsciscunt filios, de preturasque ac provincias inter patres sortiti statim emittunt manu, quos adoptaverint. D. E. R. S. I. C. = Nec simulata adoptio in ulla parte muneris publici iuuaret, ac ne usurpandis quidem hereditatibus prodesset.

lg. ita. 51. § ult. de leg. 2. lg. 2. § e de adoptiui. de uacat. muner. Tacitus lib. 15. annal.

Cap. X. Auctographon ex lg. Julia

ex tit. ff. de operis libertor.

Qui libertinus, duos, pluresue a se genitos, natosue in sua potestate habebit preter eum qui artem ludricam fecerit, qui ue operas suas, ut cum bestiis pugnaret, locauerit; ne quis eorum operas doni, muneris, aliudue quicquam libertatis caussa patrono, patronoue liberisue eorum, de quibus iurauerit, sciret promiserit, obligatusue erit, dare, facere, prestare debeto: et si neque eodem tempore duo in potestate habuerit, sed unum quinquenne liberabitur operarum obligatione.

lg. qui libertinus. 37. de oper. libert. lg. nec patronis. 6. C. eodem titul.

62

lg. liberta. 46. de. oper. libert. lg. libertg. 8. C. eodem. titul.

Cap. XL.

Si liberto patronus uxorem duxerit, operarum petitionem, ineam ne exercetto.

lg. sicut. 48. lg. plane. 14. de operis libertor.

Cap. XLI.

Patronus, Patronive filius, nepos, pronepos, qui liberte nuptiis consenserit, quandiu ea nupta erit, si ex lege nupserit, operas ab ea ne exigito, patronae autem item filiae, nepti, proneptive patroni, quae liberte nuptiis consensit, operarum exactio sublata esto.

lg. liberta. 35. de. oper. libertor.

Cap. XLII. ex lg. Papia

liberta maior quinquaginta annis, quae sine assensu patroni nupsit, si filios et alios in matrimonio exciderit, deinceps = excesserit operas patrono praestare, ne cogitor.

Ulpian. in. fragm. tt. 29. §. licet

Cap. XLIII. ex lg. Papia.
ex tt.o de. bon. libert.

libertae, quatuor liberorum iure, tutela patronorum liberantur, et sine auctoritate eorum tt. faciendi ius, potestasque esto, et pro numero liberorum libertae superstitum, virilis pars patrono debetur.

lg. patroni. 39. de. bon. libertor. Ulp. d. tt.o 29. §. contra.

Cap. XLV. ex lg. Papia

Patroni liberi feminini sexus, trium liberorum iure subnixi, in bonis libertorum parentum idem ius esto, quod ex praetorio edicto patroni liberis virilis sexus.

lg. libertorum. 37. §. ult. de bon. libert. Ulp. d. tt.o 29. §. patrona.

Cap. XLVI. ex lg. Papia.

Patrona ingenua duobus liberis honorata, libertina tribus, idem iuris habeto, in libertorum bonis, quod patronus habet ex edicto.

lg. filius. 42. §. paulg. de. bon. libert.

Cap. XLVII. ex lg. Papia.

item liberi patronae, ingenuae trium liberorum iure honoratae, eadem iura in libertorum bonis vindicanto, quod patronus habet ex edicto.

§. postea. inst. de. suc. libert. lg. si libertus. 16. de iur. patronat.

Cap. XLVIII.

si libertus centum millia H. S. in bonis et pauciores, quam tres liberos reliquerit, virilis pars patrono debetur; si tres reliquerit ius antiquum esto: si minorem secentenario in fraudem legis huiusce fecerit, ratum ne esto.

lg. filii. 9. lg. 10. et 11. et 17. de. iur. patron.

Cap. XLX.
ex tt.o de. iur. patronatus.

qui cum maior esset annorum viginti quinque capitis accusaverit libertum paternum, in bonis eius locum ne habeto.

Cap. XX.

Cap. XX. ex lg. Iulia

Patronus, si libertā, ne nubat; libertū, ne uxorē ducat; iurare iurando adigat, ius iurandū hac lege permititur, si modo matri monium contrahere recte velint. — lg. adigere. 6. §. ult. de iur. patron.

Ex lg. Elia Sentia.

Liberta, ne nubat; libertū ne uxorē ducat patronus, iure iurando ne adigito, si secus faxit, patrono, liberis q̄ eius in bonis liberti, libertæ nihil iuris esto. — lg. qui cont. 15. de iur. patron. lg. pen. §. ul. qui et a quibus.

Cap. XXI. ex lg. Papia.

Mulieribus, quæ plus, quā ter pepererint, ex bonis censi ultra quadrantē, lege Voconia statutū, sine fraude sua capere liceto. — lg. si uir. 61. lg. cont. 62. §. 1. de donat. int. vir. et uxor. Dion. lib. 56.

Ex Edicto Divi Claudij.

Bonū factū. Cū exercitio navium ad summā rempublicā pertineat, navis post hac mercaturæ caussa fabricantibus, hæc commoda sunto, civibus vacatio legum Iuliæ et Papiæ, Latinis ius quiritū, si ri minorē quā decē millia modiorū navē fabricauerint, et Romā sex annis frumentū portauerint: item fœminis ius quatuor liberorū. — lg. pro commoditate. 7. de navicular. in C. Theo. Vlpian. in fragm. tt. 3. §. §. ult. Sueton. in Claudio. cap. 19.

Ex constitutione Gratiani, et Theodosij.

In hereditate proscripti filij; liberis deficientibus, cū patre mater voce tur in triente, si illa ius liberorū habeat; sin deerit, quadrante pater, unciā mater accipiat: sin autē sola mater superērit, Papiæ ter legis privilegij destituta, neque trina parte fœcunditati publice præstita, sextante contenta sit, fisco dextante usurpante. — lg. si quis. 7. de bon. proscript. in C. Theo dosian.

Cap. XXII. ex lg. Papia.

Ad sacerdotiū Vestæ virgines e populo pontificis maximi arbitratu viginti leguntur, sortitio q̄ in concione ex eo numero habetor, utique quæ virgo ducta erit, eā Pontifex maximus capito, eaque Vesta esto. — Vlpian. in fragm. tt. 10. §. ult. Aggel. lib. 1. noct. attic. cap. 12.

Cap. XXIII.

Sacerdoti Vestali, quæ sacra faciat, quæ ius sit sacerdotē Vestalē facere, pro populo Romano quiritibus, eadē præmia, et commoda sunto, quæ trium liberorū matribus. — Dion. lib. 55. in Aug. cap. 31.

Cap. XXIIII. ex lg. Iulia.

Vigintiquinque annis maior, qui erit, nuptias iure contracto, huius contrahen dis trienni, post hanc legē rogatā vacatio esto, post trienniū legi pareto. — Sozom. lib. 1. eccles. hist. cap. 9. Tertull. in apolog. cap. 4. Dion. lib. 56. Sueton. in Aug. cap. 34.

Cap. XXV. ex lg. Papia

Liberis iure quærendis, suscipiendis vigintiquinque annorū in masculis — Vlp. in fragm. tt. 16.

Et viginti

Brisc. in apolog. cap. 4. Dion. lib. 56.

et uiginti in feminis quos uis tacetto, post eam aetatem, nisi intra annum, post hanc legem rogatam legi paruerint, lege teneantur.

Cap. XXVI. ex leg. Papia

lg. sancimus. 27. C. de nupt. Senec. apud Lactant. lib. I. de fals. relig. cap. 16.

sexaginta annos natus, qui erit, minorem quinquagenaria sponsam, uxorem ue sciens dolo malo, ne habeto, neue femina maior quinquaginta annis uiro nondum sexagenario sponsa, nupta ue sciens dolo malo esto.

ex S.C. Claudiano.

Vlp. d. tit.o 16. § Claud. cap. 23.

Senatus censuit placere; si maior sexagenario minorem quinquagenaria uxorem duxerit, perinde haberi, ac si minor sexaginta annis duxisset uxorem.

ex S.C. Caluitiano.

lg. si maior. 22. C. de legit. hered. Vlp. tit.o 16. § ult.

quod si maior quinquagenaria minori sexagenario nupserit impar matrimonium uideri, nec proficere ad capiendas hereditates, seu legatos dotes.

Cap. XXVII. ex leg. Iulia.

Vlp. in fragm. tit.o 14. lg. saepe. 17. de spons.

feminis ad nuptias contrahendas, a morte uiri, anni uacatio esto, a diuortio sex mensium.

Cap. XXVIII. ex leg. Papia.

Vlp. d. tit.o 14.

feminis ad liberos suscipiendos, a morte uiri bienni uacatio esto, a repudio anni, et sex mensium.

Cap. XXIX. Miscellum ex leg. Iulia.

ex tit.o D. de condition. et demonst.

lg. cum si hoc. 62 § ul. lg. hoc. 64. de cond. et dem. lg. 2. et 3. C. de indict. uiduit. Novell. 22. de nup. cap. 43.

Viro, mulieri ue, si quid sub conditione uiduitatis relictum erit, citra onus conditionis capere liceto: modo intra annum nubat, seu uxorem ducat, et iuret liberorum procreandorum causa, nubere, seu uxorem ducere.

ex S. C.

lg. 3. C. de indict. uidui. lg. cum tale. 72. § si arbitratu lg. heres. 79. § ult. de cond. et demonstrat.

Senatus censuit legis Iuliae sententiam eam uideri, ne quod omnino nuptiis impedimentum inferatur, ob eam quoque rem quidquid in fraudem legis ad impediendas nuptias scriptum erit, ipso iure rescindi placere.

Cap. XXX. ex leg. Iulia.

ex tit.o de diuortiis.

diuortij

Divortij faciendi potestas libertæ, quæ nupta est patrono ne esto, quandiu patronus eam uxorem esse volet. | lg. ul. de divort. lg. in eo. 45. de rit. nupt. lg. uni. in fin. unde uir, et uxor. Sueton. in Aug. cap. 34.

Cap. XXXI. ex lg. Iulia.
ex tit.o ff. soluto matrimon.

Si uir dotalem seruum manumiserit, siquid ex bonis liberti ad eum, heredemve eius pervenit, aut dolo malo fecit, quominus per ueniat, quanta pecunia erit, tantam pecuniam dato uxori. | lg. si u. 64. §. dabit. et seq. sol. matrim. lg. filius 14. §. ul. ad lg. Corneliam de falsis.

Cap. XXXII. ex lg. Iulia.
ex tit.o ff. de iure dotium

Ei mulieri, virginive, quæ ex hac ipsa lege nubere oportet ad dotem dandam, dicendam, promittendam, si legitimum tutorem non habeat, tutor a prætore urbis nominatur. | lg. iure. 61. de iur. dotium. lg. nisi. 7. de. tut. dat. Vlp. in frag. tit.o 11. §. ex lege.

Cap. XXXIII. ex lg. Iulia

Tutor, qui ita datus, nominatusque erit, doti pro facultatibus, et dignitate mulieris, et mariti constituendæ auctoritatem præstato; auctoritas dolo malo facta, rata ne esto. | lg. quæro. 60. cum lg. seq. de. iur. dotium.

Ex S.C. IS.

Senatus censuit, uti mulieri virginive in provincia nupturæ, perinde ad dotem dandam, dicendam, promittendam a præside provinciæ tutor detur, atque in urbe a prætore ex lege Iulia. = Utique in locum muti, aut surdi, furiosive tutoris, alter tutor detur ad dotem constituendam. | Vlp. in fragm. d. tit. 11. §. ex lege cum seq. lg. pen. ff. de. tut. d.

Cap. XXXIIII. ex lg. Papia

Decies centena millia H.S. nummum, si inter senatorias personas, summa dos esto: ampliorem dare, promittere, ne liceto. | lg. 6. §. de usuris. lg. 2. de inofficios. dotib. in C. Theod. Iuuen. satir. 10. Sidonius. lib. 1. epistol. 11.

Ex constitut.e Constantini, et Iuliani.

Dote ab uxore marito data, filios ex priori matrimonio, si neque ultra dodrantem, neque in fraudem legis Papiæ constituatur, de hac repetenda nullam constat habere actionem. | lg. 2. de inofficios. dotib. in C. Theodos.

Cap. XXXV. ex lg. Iulia.

Qui liberos in potestate habent, iniuria uxores ducere, vel nubere, ne prohibento. | lg. capite. 19. de rit. nupt.

Ex mandatis

Ex mandatis Severi, et Antonini.

D. leg. capite 19 ff. de rit. nupt.

qui provinciæ præerit, curare debebit, ut qui liberos seguioris sexus in potestate habent, oficio iurisdictionis suæ cogantur, in matrimonium collocare, et dotare.

Cap. XXXVI. ex legibus Iuliis ex tt.o C. de infirmandis pœnis cælibatus, et orbitatis, et decima rijs sublatis.

leg. 11 titio. ss. §. 1. de. leg. 2. Euseb. lib. 4. de vita Constantini cap. 26. Sozom. lib. 2. hist. Eccles. cap. 9. Nicephor. lib. 7. cap. 46.

Innupti, innuptæ qu. ex tt.o extranei, nisi intra centum dies legi paruerint, neque legatum, neque hereditatem capiunto: orbi semisse derelictorum multantor.

Cap. XXXVII. Decimariæ ex leg. Papia.

Ulp. in frag. tt.o 15. La. s n. 62. §. 1. de rit. et dem.

Viro, atque uxori, inter se matrimonii nomine, decimam tantum ex tt.o capere liceto; quod si ex alio matrimonio liberos superstites habeant, præter decimam, quam matrimonii nomine capiunt, totidem decimas pro numero liberorum accipere, ius, potestasque esto.

Ex Ulpiano tt.o 15.

De Decimis.

Item singulis omnium filii, filiave post nonum diem amissum, amissa decimam unam adiiciunt: duo autem, post nonum diem amissi totidem decimas; præter decimam etiam usumfructum 3.e partis bonorum eius capere possunt, et quotcunque liberos habuerint eiusdem patris proprietatem. hoc amplius mulier petere, præter decimam dotem potest legatam sibi.

Ex Ulpiano tt.o 16.

De solidi capacitate inter virum, et uxorem.

Aliquando vir, et uxor inter se solidum capere possunt, velut si cognati colerunt, usque ad sextum gradum, aut si vir abest, et donec abesset intra annum, postquam abesse desierit, libera inter eos tt.i factio est: item si ius liberorum a Principe impetrauerint, aut si filium, filiamve communem habeant, aut quatuor decim annorum filium, vel filiam duodecim amiserint, vel si duos trimos;

vel si

.i. si tres post nonu diē amiserint, ut intra annū tamen, et sex menses. = etiā unꝰ cuiuscunq; ętatis impuber amissus, soli di capiendi ius prestat, itē si post mortē uiri, intra decē, men ses, uxor ex eo peperit, solidū ex bonis eiꝰ capit.

Cap. XXXVIII.

Marito sexagenario, uxoriq; quinquagenariæ, qui finita ęta tē in matrimonio excesserint, dein uacatio, et solidi capa citas esto.

Vlp. d. tt.° 16. in prin. et §. qui intra. Augu stin. 3. ⁊. Iulianū

Ex. S.C. Perniciano.

qui intra sexagessimū, .i. quę intra quinquagessimū annū neutri legi paruerit, neq; Iulię de matrimonio ⁊hendo neq; Papię de liberis suscipiendis, perpetuis pęnis cęlibū te neri uoluit senatus.

Vlpian. d. tt.° 16 §. qui intra.

Ex Constitutione Diui Claudij.

ex tt.° ff. ex qq. caussis maior.

Militibꝰ, itē alijs, qui Reipublicę caussa absunt, iura ma ritorū concedimus.

Lg. qui mitunt. 35. lg. 36. 37. 38. ff. ex qq. caus. maior. Dion lib. 60.

Ex. S.C. LS.

ex tt.° ff. de mort. caus. donat.

Senatus censuit placere mortis caussa donationes, factas in eos, qq. per legē Iuliā, et papiā capere n̄ licet, in eadē caussa haberi, in qua essent, quę tt.° his legata essent, qq. capere per easdē leges n̄ liceret.

Lg. senatus. 35. 36. 37. et 38. ff. de mort. caus. donationib.

Ex interpretationibus prudentū.

Constat hereditatis apellatione in lege Iulia, et Papia bonorū possesionē ⁊tineri, sicut fideicomissū legati.

Lg. et fideicomissū. ff. de leg. 3. Lg. heredi tatis. 138. de V. S.

Ex Constitutione Constantini.

Cęlibes, orbosq; cuiuscunq; sexus ueterū legū pęnis, ac terro ribus liberamus, eorūq; ceruicibus imposita iuris imperia, ue luti, quędā uega soluimus promiscue omnibus.

Lg. 1. C. de in firm. pęnis. cę lib. et orbitat.

Ex ⁊stitut.

Ex constitutione Honorij, et Theodosij

lg. 2. C. eodẽ tt.° — Inter virũ, et uxorẽ decimarũ, ex lege Papia ratio facessat et quamvis liberi n̄ interuenerint, ex suis capiant solidũ ttũ.

Cap. XXXIX. ex lg. Iulia, et Papia.

ex tt.° C. de caduc. toll. et Vlpian. tt. 17.

Vlp. tt.° 22. §. Latinus. — Quæ cælibibꝰ, orbiſve relicta, ita ut iure ciuili capere possint; n̄ ceperint, quæq; ita ab his ceciderint, ærario vindicantur.

Cap. XL.

Qd quis sibi tt.° relictũ, ita ut iure ciuili capere possit, aliqua ex caussa n̄ ceperit, caducũ esto; veluti si cælibi, ſl Latino Iuniano legatũ fuerit, neq; intra dies centũ, ſl cælebs legi paruerit, ſl Latinus ius quiritũ sit ꝯsequutus.

Cap. XXXXI. ex lg. Papia.

ex Vlp. tt.° 18. qui habeant ius antiquũ in caducis.

lg. unic. §. et cũ lex. C. de cad. toll. Sozi ang. lr. 1. hist. ẽcles. cp. 9. — Liberis, et parentibꝰ, itẽ genere proximis intra 3ũ gradũ ius antiquũ esto.

Ex S.C. 15. circa lg. Papiã.

lg. unic. §. cũ igr. C. de cad. toll. Vlp. tt.° 24. §. legata. d. lg. unic. §. in novissimo et §. cũ igr. Vlp. tt.° 16. — Senatus censuit deinceps diẽ legatorũ, quæ pure, ſl in diẽ certũ relictorũ, ab apertura tabularũ cedere. = nec licere clausis tabulis ttĩ, hereditatẽ adire, nisi ex asse herede instituto. Vtq; qd in medio deficeret, legatario, ſl ex pte instituto, ante apertas tabulas mortuo, aut peregrino facto caducũ fieret.

Ex interpretatione Prudentũ.

lg. unic. §. et cũ triplici C. de cad. toll. lg. ut heredibꝰ 50. de leg. 1. lg. 5. de Vulg. lg. ult. de reg. Caton. lg. ab eo. 9. de usufruct. legat. lg. si titio 33. de usufructu. — Quæ tti tempore utiliter relicta, postea uiuo ttre deficiunt, ſl conditione n̄ existente, ſl mortuo eo, cui relicta erant, in caduci caussa sunt. = Mutuæ substitutiones, inter heredes legatarios ve caducorũ obseruationẽ excludunt, qr quandiu ex substitutis quis qua superst, fisco præfertur. = Regula Catoniana ad leges Iuliã et Papiã n̄ pertinet. = in legato usufructus itẽ in tt.° militis caducorũ obseruatio cessat. = Princeps legibꝰ

Caducarijs

caducarijs solutus est, Augusta autem, licet legibus soluta non est, principes tamen, eadem illi privilegia tribuunt, quae ipsi habent. lg. princeps. 31. ff. de legibus.

Ex Constitutione Antonini.

Hodie omnia caduca fisco vindicantur, servato iure antiquo liberis, et parentibus: caduca, cum suo onere fiunt, ideoque, et libertates, et legata, ac fideicommissa ab eo data, ex cuius persona hereditas caduca facta est, salva sunt. lg. in facto. 60. §. ult. de cond. et dem. Ulp. in fragm. tit. 17. §. hodie.

Ex Theodosiana lege.

Ex tit. C. de his qui ante apertas tabulas.

Sancimus liberos cuiuscumque sexus, hereditatem ascendentium nondum aditam, in qua instituti sunt; item legata, aut fideicommissa, quae eodem titulo acceperunt, etiam clausis tabulis, ad posteritatem suam transmittere.

Ex. S. C. 25.

Cum duobus, utrique eorum, qui viveret legatum proponeret, senatus censuit, tacitam substitutionem inesse videri, ideirco altero mortuo superstiti legatario totidem legatum deferri, nec caducarijs legibus locum esse. = item, senatus voluit in fideicommissis potiorem caussam habere eum, cuius fides electa sit, ut deficientia apud eum potius maneant, qui rogatus est restituere, nec ad heredem fiscumve pertineant. lg. idque 26. de hered. instituend. lg. lelianus. 60. de leg. 2. lg. in fraudem. 10. §. 2. de his quae ut indign.

Cap. XLII. Caducarium ex lg. Iulia.

Ex tit. C. de bonis vacantibus. lib. 10.

Si nemo sit, ad quem defuncti hereditas, bonorumve possessio pertineat, aut si sit quidem, sed ius suum omiserit, velut parens omnium populus, vacantia tenetto. lg. quidem. 96. §. quoties. de leg. 1. Ulp. tit. 28. §. si nemo.

Cap. XLIII. ex lg. Papia.

Qui in fraudem legis huiusce, Iuliaeque caducariae tacitam fidem accomodaverit, de restituendo his, qui per leges hasce, capere relictum non licet, id ei, velut indigno ereptum populi esto. lg. in fraudem. 10. ff. de his quae ut indign. Ulp. tit. 19. §. lege.

Ex. S. C. Planciano.

Senatus censuit, heredem, qui tacitam fidem contra leges Iuliam, et Papiam acomodavit, in ea parte, qua fraudem adhibuit, falcidia non uti. lg. heres. 11. ff. de his quae ut indign. lg. Veneficio. §§. ad lg. falcid.

Ex Rescripto Divi Pii

D. lg. beneficio. 59. ad. lg. falcid.

Quadrantem ab herede non retentum, qui non capienti, hereditatem restituere rogatus est, ad fiscum pertinere placet.

Cap. XLIIII. ex lg. Papia

ex tt.o D. de iur. fisci. et C. de delatoribus. lib. 10.

Sueton. in. Ner. cap. 10. frontinus de aquaeductibus.

Delatori, qui bona, per legem hanc, aut Iuliam caducaria ad populum pertinentia nunciauerit, et obtinuerit, dimidia pars in publicum redacti, premium esto.

ex constitutione Neronis.

lg. edicto. 13. §. extat. de iur. fisc. Suetonius. in Nero. cap. 10.

Delatores, post hac, sciant ultra quadrantem, ex his quae iuxta leges caducarias publico nunciauerint nihil laturos, idque vulgare premium futurum.

ex Edicto Divi Traiani.

lg. edicto. 13. lg. ait. 16. de iur. fisci.

D. lg. edicto. 13. §. 1.

Bonum factum. quicunque professus fuerit, antequam causa eius ad erarium deferatur, eam rem, quam possideret, capere sibi non licere, ex ea partem fisco inferat, partem ipse retineat. = Item quaecunque professa esset vel palam, vel tacite relictum sibi, quod capere non posset, et probasset idem fiscum pertinere, etiam si id non possideret, ex eo quod redactum esset a prefectis erarii, partem dimidiam ferat.

ex constitutione Constantini.

ex tt.o C. de his qui se deferunt.

Heres tacito fideicommisso oneratus hereditatis, contra legem Papiam defuncti uxori restituende, si prior officio rationalis fisci, neque importune deferat, tertiam ex omnibus defuncti bonis percipiat portionem.

ex. S. C. 15.

lg. senatus. 15. in princ. et in. §. 1. ff. de iur. fisci.

lg. 2. § senatus. ff. de. iure fisci.

Senatus censuit, si delator abolitionem petat, quod errasse se dicat, ut idem iudex cognoscat, an iusta caussa abolitionis sit, et si errasse uidebitur, det imprudentiae ueniam; si autem calumniam hoc ipsum iudicet, ea quoque caussa accusatori perinde cedat, ac si caussam egisset, et prodidisset. = si quis delatorem subiecerit, tantum in erarium deferat, quantum premij nomine delator consequuturus fuisset, si uicisset. = Item senatus Divi Adriani temporibus ut si neque delator, neque possesor, tribus edictis euocati

adfuerunt

adfuerunt, delatorem quidem fideiussores teneantur, et ei postea publicam caussam deferendi ius adimat, possessoris autem ius idem esset, quod si delatus omnino non esset. = quod si tribus edictis a praefecto aerario adesse delator iussus, venire nolit secundum possessorem pronunciandum; sed ab eo qui ita adesse iussus respondente possessore, non adfuerit, tantum exigendum, quantum apud aerarium, ex ea caussa, quam detulerit, rem inveret, si professionem eam implesset. = Utque, ut perinde rationes ad aerarium deferat is, a quo tota hereditas fisco evicta est, vel uni certo legatum, atque is deferre deberet, a quo pars hereditatis, vel legati evicta sit. = Si quis arguetur falsas rationes detulisse, de eo Praefectus aerarii agnoscat, quantam fraudem inverit, tantam pecuniam in aerario iubeat inferri. = haec ita censuerunt: Si quis huic S.C. intercesisset, placere auctoritatem perscribi, deque ea re ad senatum, populumque referri. D. l. senatus. 15. § quod si a. l. Arrianus. 42. § 1. de iur. fisc. D. l. senatus. 15. § senatus. cum seq.

Capita translatitia utriusque legis.

Si quid de his rebus, ad populum, plebemve lati opus est consules, Praetores, tribuni plebis, qui nunc sunt, quod eis videbitur ad populum, plebemve ferant.

Si quid sacri, sanctique sit, quod ius non sit rogari eius, hac lege nihil rogatur.

Si quis huiusce legis, ergo adversus leges, rogationes, plebiscita, senatusve consulta fecit, fecerit, sive quod eum ex lege, rogatione, plebis ve scito, senatus ve consulto facere oportebit, non fecerit, huius legis, ergo id ei ne fraudi esto. Ne ve quid ob eam rem populo dare debeto. Ne ve cui de ea re actio. Ne ve iudicatio esto. Ne ve quis de ea re, apud se ius dici sinito.

Capita huiusce legis, per fraturam, ne quis abrogato, aut derogato.

Musico magno certamini aderit propugnator D. Joannes Suarez de Mendoça, Preses ex tripode praeceptor suus. D. D. Franciscus Ramos del Manzano,

Digesti

Digesti, ut uocant, ueteris chatedrę eruditissimus antecessor; iudices, qui patres, qui conscripti, qq, q^s in Academico senatu sententię dicendę ius est, locus maioris Theatri salmanticensis palestra Die. 1. mensis Aprilis Hora. 9. ante meridię et tertia post meridię anno christiano

~ 1632 ~

Pro Universitate.

Ad Ulpianum. Lib. 18. ad Leg. Iuli. et Papiae in Lg. si totam. 63. de acquirenda vel omitenda Hereditate.

Per. D. D. Franciscum Ramoz del Mançano Primarium antecessorem.

Recitationem in primaria hac cathedra, quam aclamationibus Num. 1.
sufragijsque vestris (auditores nobillisimi) debere his diebus caepi, et semper
me debuisse profitebor, initium facio libens ab insignita hac Ulp. senten
tia, quam academicae leges hoc anno, et hisce mensibus interpretandam
antecessoribus primarijs prescribunt, et subtilissimae, quae in eam incu
rrunt de taciti fideicommissis, et acrescendi iure quaestiones explicatu
reddunt dignissimam, verum prius quam nos operosior Ulp. commentatio vindi
cet duo leviora, veluti, praemitenda sunt. Primum est, Ulp. lib. 18. ad. Leg. Iul.
et Pap. ex quo deductus est noster textus, ut Epigraphe ostendit, disputasse
inter alia, et praecipue de taciti fideicommissis, quae plerumque heredes fide sua
testatoribus obligant restituendi ea in fraudem Legum Iuliae, et Papiae illis,
qui legibus eisdem capere prohibeantur, ut apparet ex lg. ait 16. de iur. fisc.
lg. nec supina. 6. de iur. et fact. ignor. quae ex eodem lib. 18. Ulp. sunt, et refe
rendae ad tacita fideicomissa secundum florentinam lectionem, quae apud
Ulp. in praes. sic incipit: si totam, an partem, si ita, ut aspectu primo signi
ficatur, et Acurs. verb: totam intelligit, accipiatur nempe eo sensu, quo apud
Oloandrum, et in Vulgaris libris legitur: si totam hereditatem, aut partem, ut
proinde vox an usurpetur pro aut sicut in lg. 1. vers. sed neque C. de veter.
iur. enucleand. notat Antonius Contius in praes. Brisonius de. V.S. verb: an
defendi eo sensu non posse, quod in herede totam hereditatem restituere rogato,
et consequenter in tota ea instituto, non superest locus quaestioni de acrescendi
iure in portione coheredis, quam non habet, ut agnoscunt Castrens. et Cuman.
in praes. quamvis nova, et duriore expositione Vulgatam florentinae lectio
nis sensum substinere teneatur Gothofredus in praes. nº 3. sed probabilius
omnino est, vocem an exaudiri debere pro ea antiqua per archaysmum
scribendi, loquendique latinis ratione, ut ex lg. statuliberi 29. §. quintus Mu
tius in fine de statuliber. observat Cuiac. in lg. nunquam 31. de usuca
pion. et lib. 2. obs. cap. 2. et lib. 3. cap. 38. nr Pichardus ad hunc tit. cap.
29. nº 45.
His ita circa epigraphen, primaque Ulp. verba prolibatis, 2.

iam

rez quoad sequentia illa: tacite rogatus sit restituere, in qq. potissima
primariaque disputationis nostrae pars continetur, sciendum est, cum quaeritur de his,
quae incapacibus in fraudem iuris, quo incapaces fiunt, relicta sunt, multum in
teresse, utrum palam, aperteque, an clam, et tacite relicta sint, quippe palam
incapaci relicta pro non scriptis habentur, et apud heredes, et eum qui praestare
incapaci rogatus erat, manent sine errore, nec fisco deferuntur lg. 3. in prin.
et lg. in metallum 12. lg. ita fidei 40. de iur. fisc. lg. 1. C. de her. inst. lg. 3. de his quae
pro non scrip. tacite autem relicta eripiuntur in his qui tacitam fidem restituendi
susceperunt, et fisco vindicantur lg. 3. lg. imperator. 43. de iur. fisc. lg. ex facto.
43. §. ul. de Vulg. lg. 1. C. de delator. lib. 10. notant post Bartol. in lg. titius
123. §. tit. de leg. 1. et in lg. ul. de his quae ut indig. Covarrub. de sponsalib.
2a. p. cap. 8. n. 2. Julius Clarus recep. sent. lib. 3. §. tit. q. 31. n. 3. Peregrinus de iu
re fisci. lib. 3. tract. 1. n. 2. et 9. et 19. n. 2. Cuiac. in lg. in tacitis 103. de leg. 1.
et in d. lg. 3. de iur. fisci. Differentiae ratio petenda videtur ex praesumptione
iuris, qui attenta malitia etiam iuris quaestionibus, palam peccantes ut bona
fide errantes, fraudisque expertes excusari solent, et e contrario, clam delinquen
tes, ob contumaciam, dolique praesumptionem gravius puniuntur lg. ul. de rit.
nup. iunctis exemplis vide illustrandis, quae extant in lg. 1. de effractoribus
lg. neque existimo 54. de admin. tutor. lg. pupillus. §. §. Iane simple de auctho
rit. tutor. lg. 9. C. de contr. hered. empt. Seneca. epist. 95. ibi: ex senatus consul
tis, Plebisque scitis, scelera exercentur, et publice iubentur vetita privatim,
quae dum commissa capite luerent, tum quia palam fecere, laudamus. Divus Hie
ronim. in Isaiam cap. 12. in comparatione duorum malorum: levius est aper
te peccare, quam sanctitatem simulare, et insinuat in proposito haec
ratio in d. lg. 3. §. 1. in fin. de iur. fisc.

3. explicatur lg. edicto. 13. §. 1. de iur. fisci.

Neque contrariam hanc inter tacita, et palam
relicta evertit obscurus Ulp. locus in lg. edicto. 13. §. 1. de iur. fisc. ubi ex
Traiani edicto proponitur, sive palam, sive tacite reliquerint, incapaci et ille
se deferat, pertinere ad fiscum dimidiam partem relicti; aliam autem dimidiam in
capaci se deferenti pro praemio relinqui; namque recentiori solutionibus Bartol.
prodigios, incapacesque confundentes in d. lg. edicto. 13. § eos qui; omissis et alio
rum opinationibus, qq. et Cuiac. scribit in d. lg. edicto 13. §1. haeret aqua
in eo loco, et praecipue Gofredi graviter incorrecte fluctuantis ad Rub. de
his quae ut indig. n. 39. affirmandum est, sententiam d. lg. 13. §1. quatenus
rig et palam relicta incapaci, deferri fisco supponi, referenda esse non ab
solute incapaces, veluti eum qui tunc tempore, aut postea vivo testatore
deportatus, aut poenae servus factus fuit lg. si in metallum 12 de iur. fisc.
lg. 1. C. de her. inst. sed ad eos qui cum a principio non essent omnino, et
absolute incapaces, postea tales effecti sunt, quales fuerunt caelibes,

orbique

orbisq[ue] qui ex persona edict. ut pote cives Romani n. essent incapa
ces acquirendi ex tt.o lg. 1. ad lg. falcid. ubi lg. Julia et Papia incapa
ces, veluti fiunt sub edict., nisi intra centum dies cretionis legibus pa
ruerint, idest, nuptias contraxerint, liberosq[ue] susceperint, ideoq[ue] nisi fecerint
relicta, palam eisdem fiunt caduca, siue in fiscum cadunt, ita ut coelibes ni
hilominus ante se mittem capiat solum relicti, ut post Ulp. in frag. tt. 17.
memorant Euseb. lib. 4. de vita Constantini. cp. 26. Solomeno lib. 2. eccles.
hist. cp. 9. Nicephor. lib. 7. eiusdem histor. cp. 46. quemadmodum ex S.C.tu circa
leges Papiae facti, si is cui relictum e post mortem tt.ris et ante apertas tabu
las peregrinus factus sit, et consequenter nunc incapax, qui tt.i tempo
re capax erat, relictum etiam, veluti caducum ad fiscum pertinet lg. unic. §.
cum igitur. C. de cad. toll. Ulp. d. tt. 17. in princ. secundum haec itaq[ue] si coelibi,
orbove, aut alioquin ei, qui tt.i tempore incapax n. fuit relictum palam
sit, et l. coelebs, orbusq[ue] intra centum dies cretionis legibus n. paruerit,
aut alter ille ante apertas tabulas factus peregrinus sit, et consequenter
eum incapaces, et ultro deferentes se ostendant, probent ne capere idiam n.
posse, q. ab initio poterant, et relictum ad fiscum ideo pertinere, locus e de
lationi, ita ut dimidia fisci sit, et dimidia se deferentis d. lg. 3. §1. ibi
interpretationem hanc suadent illa verba: et probasset idem ad fiscum
pertinere. et inscriptio eius legis quae e ex lib. 7. pauli ad Edictum lg. Jul.
et Pap. denique et quaestio de eo, qui solidum capere poterat, idest, n. coelibe,
orbo ue in §. ul. eiusdem legis explicant sic Cuiac. ind. lg. 13. §1. Re fa
ber lib. 2. semestrium cp. 13. pag. mihi 198. &c

Plane si malit quis sine distintione 4.
incapacium, nouaq[ue] et generali magis ratione Ulp. exponere in d. lg.
Edicto. 13. §. 1. tentare poterit sententiam eius loci, de palam relicti post
deferendis accipiendo eam, iuxta terminos lg. qui tt.um 27. de probation.
lg. cum qui. 88. § sextia. de leg. 3. nempe eo casu, quo etiam palam relicta in
capaci praesumuntur, n. propter errorem, aut bona fide, s. in fraudem
legum relicta, veluti si tt.or ei, qui nihil, aut n. totum capere potest le
gauerit pecuniam, quam se ei debere falso profitetur, aut tanquam de
bita ad eum perueniat, quae tanquam legata n. poterat, tunc enim
nisi legatarius liquido probet, pecuniam sibi debitum fuisse, praesu
mitur in fraudem legum relicta d. lg. qui tt.um 27. lg. 3. tt. 14. part.
3. Garcia de Nobilit. glos. 2. n.o 18. Mantica de coniectur. ul. volunt.
lib. 1. tt.o 4. n.o 3. Mascard. de probat. decis. 815. ideoq[ue] de fisco
locus fit in eiusmodi palam relicto, et delationi [illegible], praemioq[ue]

ex Edicto

ex edicto Traiani. d. l. 13. §. 1. neque interpretationi huic repugnant verba illa: et probasset iam ad fiscum pertinere. quae insinuat non ~~petiisse~~ pertinuisse a principio ad fiscum id quod relictum erat, et exigitur a legatario ut probet legatum fuisse in fraudem legum, ideoque ad fiscum pertinere, cum e contrario in specie d. l. qui testamentum 27. a principio statim erit legatum, ut pote in fraudem relictum ad fiscum pertinere, et praesumptio iuris sit, legatum fuisse in fraudem sub praetextu debiti nisi legatarius debitum probet; quo id non probante ex praesumptione iuris, sine alia probatione ad fiscum pertinere, quippe ut respondeamus; verba illa d. l. 13. §. 1. exaudienda sunt, ut significent probationem a legatario exigi; non ut ostendat pertinere ad fiscum, quod licet ex praesumptione iuris, ut puta relictum in fraudem, pertinere constat, non pertinere iam, quoniam testamentum in quo palam, et in fraudem relictum erat, iam confirmatum est hereditatis aditione, sine qua, aut ante eam, etiam in fraudem testamento palam relicta ad fiscum pertinere, aut deferri ei, iure non possint, ne testamentum per omnia irritum; quale est, ex quo hereditas adita non est, ad solum poenam et compendium fisci prodesse videatur ut in re simili Ulp. scribit in l. filium 20. vers. Pacum exheredatio de bonor. pos. contra tabul.

Subsistamus tamen Paulus pari;

explicatur l. qui uxori 18. de aur. et arg. legato.

§. obstat enim propositis ex sententia Scaevolae in d. l. qui testamentum 27. et in d. l. 38. §. titia; Scaevolae eiusdem locus vulgo nondum expensus, aut expositus in l. qui uxori 18. de auro, et arg. leg. ubi proponitur, legasse uxori maritum bonorum suorum decimam, ultra quam, et usumfructum 3ae partis bonorum, nihil ex testamento mariti uxor liberis carens capere poterat per legem Papiam teste Ulp. in fragm. tit. 15 et 16. subiungitur in d. l. qui uxori 18. legasse etiam maritum uxori mancipia, et species argenti quas expressit, et praeterea ab heredibus petiisse, ut vestem, annulosque uxori redderent quasi propria uxoris fuissent, qua specie posita; cum quaestio sit, an si propria uxoris non fuerint ei ex legato debeantur. Resp. legandi animo data videri, nisi contrarium ab herede approbetur, proinde supponitur deberi uxori ex causa legati, etiam si constet propria eiusdem non fuisse, id autem non de obscurum est, quod si maritus eas res proprias uxoris esse existimavit, praesumi non debuit, habuisse animum legandi ei res proprias, quod ius non patitur, §. si rem legatarii inst. de leg. sin autem sciens uxoris non esse, tanquam propria legavit, fecit in fraudem legis Papiae, quae uxori ultra decimam capere ~~vetabat~~, quod potius ea in dubio praesumptio iuris est, quae et impedit ne legatum exigi possit, nisi legatarius probaverit, debitum sibi, aut proprium fuisse ex d. l. qui testamentum 27. et d. §. titia. Pancirolus explosa divinatione

Pancirolum

Pancirole lib. 2. thes. var. cap. 230. qui scribit, non omnia scholae respondentis quaestioni uerba relata fuisse a Pandectarum concinnatoribus in d. lg. qui uxori. 18. omissa et alia opinatur Cuiac. in d. lg. qui testamento 27. qui supponendum putat, ex iure antiquo in d. lg. 18. fuisse uxorem capacem solidi, uel propter liberos, uel ob alias caussas, de quibus Ulp. d. tit. 15. et 16. placet potius, placuit quod pridem, quod Cuiac. tamen docte adnotauit lib. 10. obs. cap. 17. idcirco, scilicet, legata etiam ultra decimam ualuisse in d. lg. 18. quoniam rogata eadem uxor erat, quidquid ad eam ex testamento mariti peruenisset, alumno communi restituere, ut proponitur in d. lg. 18. quo sane casu solidum capere potest, etiam ab eo, qui alioquin duntaxat partem caperet lg. si fidei 28 de leg. 3. lg. cum ei 42. de leg. 2. lg. cogi 16. § hi qui solidum ad Trebell. et ideo quamuis propria uxoris non fuerint, siue ea propria esse, siue non esse maritus existimaret, semper tamen legandi animo dedisse uidetur, quoniam nequaliter uxorem obligare poterat fideicommisso, cum nemo eo teneatur, nisi quatenus ex testamento capit lg. lutius 78 § maritus ad Trebell. uncta lg. ab eo q. C. de fideicom. lg. 1. § sciendum de leg. 3. et uerbum reddere, quo maritus usus proponitur in d. lg. qui uxori. 18. quamuis proprium restituere, et retro dare significet lg. Stichum 39 § si heres de statulib. recipit tamen, et per se dandi, et legandi significationem, ut in simili specie disces ex lg. cum quidam 21 de leg. 2. uncta lg. uerbum 34. de V. S. lg. Aurelius 28. § ult. de liberat. leg. lg. Lutius 88. § quisquis de leg. 2. lg. heres meus 100. de leg. 3.

Iam uero progrediamur, propius quod Ulp. nostri de taciti relictis tractatum ex professo aggrediamur. supponendum in primis est, tacite relicta incapaci in fraudem legum censeri, quoties quis nec testamento, nec codicillis rogatur, sed domestica, et probata cautione, aut chirographo, aut etiam nuda promissione obligat se ad praestandum fideicommissum incapaci, ut definitur in lg. in tacitis 103. de leg. 1. lg. in fraudem 10 de his quae ut indig. lg. 3. in princip. et § tacita de iur. fisci; tamen quod est et si obliget se instrumento publico confecto tamen clam, aut secreti fide a Notario, et testibus data, ut post. Bart. in d. lg. in fraudem 10. § tacita. notat Castrensis in d. lg. in tacitis. 103. Mantica de coniect. ult. uolum. lib. 1. aut. 10. tit. 4. nº 6. Peregrinus de iur. fisc. lib. 3. tit. 19. nº 5. gregorius Lopez in lg. 23. glos. 21. tit. 2. part. 6. illud sane uel inter ueteres. I. C. tos dubitatum fuisse uidetur, an si quis testamento rogatus sit, sed ita ut non appareat quid, aut quid praestare rogetur, intelligatur palam relictum, ut pro non scripto sit, an 6

potius

potius tacite, et in fraudem legum, et fisco deferatur, veluti si testator hac formula usus sit: rogo vos heredes, ut in eo quod a vobis petij, fidem praestetis in qua specie Ulp. in d. lg. 13. in princ. de iur. fisc. ex Iuliani sententia concludit, non censeri fraudem legibus factam, et consequenter palam datum intelligi, nec fisco locum esse, et contrario autem Paulus in lg. ita fidei. 40. de iur. fisc. et in simili specie Marcellus in lg. Lutius 123. §. in testamento de leg. 1. respondent non esse palam relictum fideicommissum, immo in maiorem fraudem legum, quoniam interpretationem receptam, quae docebat, non videri relicta tacite, eadem quae in testamento rogatus est, voluit circumvenire testator sub pretextu palam in testamento reliquendi, nec proponimus probamus vel contrarias invicem conciliationes Accursi. in d lg. 3. verb: prestij, et Alberici ibidem Bart. in d. lg. ita fidei. 40. quas ad praxim producunt Peregrinus d. tit. 19. nº 3. Gomez in lg. 9. tauri. nº 26. vers. 3º

7 Quare his, et si quae sint aliae, omissis sententijs, ut res dilucide, ac dextere explicetur, observandum est: I.C. tos in hac quaestione non adversa, seu diversa scripsisse. Illud autem in eo conveniunt, quod verbis illis: rogo vos heredes, ut in eo quod a vobis petij. si aliunde ex testamento non constet, quid, et cui dare testator petierit, agnoscunt pariter, quod et verissimum est, non esse palam relictum fideicommissum, ita ex Iuliano Ulp. in d. lg. 3. vers. Iulianus, ita et aperte Paulus in d. lg. ita fidei. 40. vers. non enim, et vers. quemadmodum, deinde et illud Ulp. rectissime supponit, nempe ex eisdem verbis illis, quae recensuimus, si ea sola per se, neque aliae probationes fidei tacitae datae restituendi incapaci concurrant, dici non posse, fraudem legibus factam, quia non apparet quid, et cui incapaci testator petierit, et ideo non ex eo incurrit heres poenam taciti fideicommissi, nec fisco locus fit d. lg. 3. in fin. princ. vers. ideoque plane Ulp. non negat et fraudem legi, et fisco locum fieri, si ultra supradicta verba constet petijsse testatorem tacite ab herede, ut incapaci prestare, et heredem extra testamentum domestica cautione, aut chirographo fidem suam obstrinxisse, quod cum Ulp. ipse fateatur ex illis verbis: rogo vos etc. non convinci palam relictum fateatur, etiam consequenter non evitari poenam taciti fideicommissi, si aliunde appareat id in fraudem legum intervenisse, enim vero hoc ipsum est, quod ab Ulp. veluti ominum suplent, et ut diversum exprimunt Paulus, Marcellusque in d. lg. ita fidei 40. et in d. Lutius 123. §. in testamento de leg. 1. nempe non evitare heredem poenam taciti fideicommissi, ex eo quod illis verbis palam primo aspectu conceptis rogatus sit, quia quamvis in relicto palam non censeatur fraus legibus facta, iuxta tex. qui rationem dubitandi quaestioni huic prebuit in d. lg. 3. §. 1. de iur. fisci. cum

tamen.

tamen supra scripta verba non efficiant, ut dici possit, palam relictum, nec liberant heredem, accusant ve, si aliunde tacite, et in fraudem restituendi, fidem suscepisse constet, sive ut aperte magis Marcellus, et sub hac veluti conditione respondens exprimit: si in fraudem legum tacitam fidem seius acommodasset. d. lg. luti 123. §. in tit. proinde Paulus, Marcellus respondent, eo casu, quo propter verba illa tit. descripta constat de tacito fideicommisso, et si. L.C. rogantur in d. lg. 3. docent pariter, verba illa relata, quamvis satis per se non sint taciti fidei commissi fraudi probandae, et poenis incurrendae d. lg. 3. tre necessario satis esse sub obtentu palam relicti evitandae poenae taciti fidei commissi, si tacite fidei acommodata sit d. §. in tit. d. lg. ita fidei 40. ubi sic fere sentit reliqua eiusdem loci docte exponens Cuiac. lib. 24. q. Pauli et ad tit. de iur. fisc. eidem et in d. lg. 3. et in lg. tacite 103. de leg. 1. cui consentit in effectu Lumanus in d. §. in tit. n.º 2.

Proxima superiori, et ad eandem tacite relictorum definitionem pertinens inspectio est, quam tractat Cuiac. in d. lg. 3. §. quando de iur. fisc. dum quaerit quando, sive quo tempore in taciti fidei commissis fraus interposita intelligatur, et fisco locus sit, idest, utrum consilii fraudis ab initio interpositae, inspiciendum sit, an potius exitus, effectus quoque eiusdem fraudis, ut si is qui taciti fidei commissi tempore incapax erat, postea tempore mortis capax extiterit, et contra, sive quis fidei tacitae tempore capax postea testatore moriente incapax inveniatur respondet autem quaestioni, et ad utrumque casum indistincte Cuiac. exitum spectandum esse proinde 1.º casu, in quo scilicet qui fidei tacitae tempore incapax postea capax invenerit, quia non consilium fraudis inspicit, sed effectus, exitus quoque, quo atento fraus nulla legi fit in restituendo ei qui capax iam est, sentit Cuiac. fisco locum non esse, et adquiri fideicommissum ei, cui relinquebatur, ut tote iam capaci, ut in lg. qui si is qui 41. de Usufr. lg. non oportet 92. de leg. 2. lg. in mortis 22. de mortis caus. donat. quod tra ex ad verso opponitur regulae Catonianae, quae relictum testamenti tempore inutile convalescere postea non patitur lg. 1. de reg. Caton. deinde et in 2.º casu, nempe cum quis ab initio tempore capax, postea incapax efficitur, dum Cuiac. scribit in d. §. quando exitum spectandum esse, quo atento fraus cum effectu legibus facta intelligitur, ut puta incapace, tunc eo cui dandum est affirmat ubique locum esse poenae taciti fidei commissi, et delationi ad fiscum, quod sane obscurum, aut absurdum est, quoniam in suscipienda fide tacita restituendi ei, qui tunc capax erat, cum fidei suscipiebatur, fraus nulla heredis intervenisse videtur lg. 1. C. de delatoribus lib. 10. et ideo fideicommissum apud eum manere debet, nec fisco deferri, ut scriptum est in lg. in fraudem 10. §. 1. de his quae ut indig. [illegible] mortis, et Leviori bus aliis coactus Faber lib. 12. rect. cap. ul. totum [illegible] sententiam in d. lg. 3.

§. quando

§. q.[do] quasi ab ratione iuris abhorrente describit Triboniano; nec foelicior Graecus Scholyastes quib. 60. Basylicon tt.° 42. ind. lg. in fraudem 10. §. 2. pugnantiam eius §. cum §. q.[do] expendit, neque exponit.

9. Sed ut una, breviqque opera, et argumenti Fabri, et I.C.[torum] pugnis faciamus satis, neque immoremur, referendis, refutandisve Accursii et Bart. conciliationibus, quos subsequutus Peregrinus de iur. fisc. d. lib. 3 tt.° 19. n.° 18. observaverimus in primis quod ad priorem d. §. q.[do] difficultatem, et universi huius de taciti fideicommissi tractatus, locum observatione dignissimum esse, nempe quod d. §. q.[do] et pleraque similes, quae in d. lg. 3. et ind. lg. in fraudem 10. aliisque I.C.[tum] locis laudatis, vel laudandis proponuntur de taciti fideicommissi in fraudem legum relicti referri proprie, et plerumque oportere ad lg. Iuliam et Pap. quae apud I.C.[tos] plerumque legis, legum ve appellatione intelliguntur, ut exemplis illustrat Merilius lib. 5. obs. cp. 10. maxime quoties sermo est de his, qui legi, aut legibus capere ex tt.° non poss.[unt], ut observabimus in lg. siquis sub condit.e 7 de cond. inst. lg. qui non militabat 78. §. 1. lg. siquis solidum 72. de her. inst. lg. senatus 35. cum lg. seq. de mort. caus. don. lg. 5 et si hoc. 62. §. 2. de cond. et dem. lg. quoties 67 ad lg. Falc. lg. si ita 51. de leg. 2. lg. si seruum 82. hoc tt.° lg. qui tt.[ulum] 27. de probat. lg. cum quis 38. § titia de leg. 3. ? praecipue in tractatu de taciti fideicommissi, quia eius quod tacite, et in fraudem incapaci relictum est, ablatio, sive ereptio ei quae fidem restituendi, accommodavit, vel ereptitium dicitur, et delatio ad fiscum, sive adquisitio descendit ex lg. Papia Poppea, teste Ulp. in fragm. tt.° 19. §. lege. junctis ex libris I.C.[tum] ad lg. Iul. et Pap. adeo ipsis referentis d. lg. in fraudem 10. lg. edicto 13. cum tribus seqq. de iure fisc. ?ra lex si totum 83. quo supposito, cum omnis disputatio I.C.[ti] in d. lg. 3. in prin. et in §. q.[do] referenda sit ad relicta tacite illis, qui per lg. Iul. et Pap. capere non licet, vel uti caelibes, vel orbos non est adeo difficili solutio primae difficultatis supra expensae nempe cur fraus facta non videatur, cum fides data fuit restituendi ei, qui tunc incapax erat, eiusque ipsi postea capaci facto relictum ab initio, inutile acquirat per regulam Catonianam, nimirum quia cum leges Iulia, et Papia eiusmodi incapaces, scilicet, caelibes, et orbos, si intra diem cretionis legibus paruerit, capere non prohibeant ut constat ex Ulp. in fragm. tt.° 17. etiam si caelibi tunc incapaci fides restituendi suscepta sit; si is postea mortis tempore capax inveniatur, tunc qui fidem tacitam dedit, praejudicat respexisse exitum, sive effectum acquisitionis, et spem capacitatis, quae ei qui tunc incapax erat supervenire poterat ex ipsis legibus, magis quam incapacitatem ipsam, quae in earum fraudem fidem accommodasse unde et ei, qui tunc capax est, non obstat, quominus acquirat, regula Catoniana; quod praeter quam quod ea regula ad tacita fideicommissa non pertinet, ut

Considerat

nideret lib. 12. rect. cap. ult. n. etiam pertinet ad eos qui etiam ii testamenti tempore incapaces fuerint, possunt postea capaces fieri, et intra diem cretionis, provinde in quorum persona relictum ab initio inutile conualescere potest, et eiusdem aequi ri, quales sunt caelibes, orbi vel ex leg. Iul. et Pap. quae respectu antiquarum legum 12 tabularum vocantur novae leges in leg. ult. de reg. Caton. quae ita magis propie interpretat Azebordus in leg. pen. de reg. iur. Othomanus lib. obs. cap. 17. quamvis paulo aliter post alios Cuiacius in leg. unic. §. cum igitur C. de cad. toll. et lib. 4. obs. cap. 4. Don. lib. 8. com. cap. 25. ubi illum lit. H. Rodulphus forne rius lib. 3. rerum quotidian. cap. 24. nr parere in otio quadrimestri 1 parte de regul. Caton. n. 6. quomodo et explicandi iuxta leg. Iuliam et Pap. et textus in leg. n. oportet 52 de leg. 2 leg. si is qui 12 de vulg. ubi Cuiac. leg. in morti. 22. de mort. caus. don. iunctis traditis a Cuiac. in leg. si cognati 19 de rebus dubijs et tit. 1. ad African. in leg. si id §. 10. si quid in fraud. patroni. Balduinus ad leg. de iur. civili. pag. mihi. 99.

Quo supposito, ut 2ae difficul LO.

tati dicti §. quarto breviter respondeamus, subscribimus quoad illum attinet Cuiac. in d. §. quarto et in d. leg. vitricus 103. in fin. de leg. 1. et ante eum Albericus in d. leg. 3. §. quarto et praeceteris Gofredus in d. leg. in fraudem 10 §. 1. n. 4. et seq. ubi prolixe ut solet, ibi plane probat quod d. §. quarto intelligi semper debere eo casu, quo consilium fraudis intervenerit, sive fraudandi animus, et ideo quaestio sic concipitur: quando autem fraus interposita videatur: idest quando haec fraus, cuius consilium vere inter venit habeatur pro interposita quoad effectum, ut ei qui in fraudem legum fidem acommodavit, fiscus auferat, de quo tamen quaeri non posset, si nullum consilium fraudis intervenisset, quod etiam si omnino incapaci heres dare rogatus sit, si tamen fraus heredis non interveniat, fiscus eum non eripit d. leg. 3. in prin. et §. 1. de iur. fisc. proinde quaestio d. §. quarti in eo est, an supposito semper fraudis consilio, id solum spec tandum sit, et sufficiat, ut heredi fiscus auferat, etiam si effectu atento fraus legi non fiat, an potius expectandus exitus, effectusque fraudis cum eodem consilio con rrens, ita ut si exitu inspecto lex non fraudet, nec fisco locus sit, quamvis frau dis consilium intervenerit, ait autem Cuiacius exitum esse spectandum: idest requiri exitum effectumque fraudis legibus factum, simul cum consilio, ut fisco locus fiat, sicut in libertatibus directis in fraudem creditorum datis dicimus, atque alibi plerumque in iure, quoties supposito consilio fraudis quaerimus, an id solum, an potius, et eventus fraudis, exitusque desideratur leg. 1. et ult. cod. qui manum. non poss. §. in fraudem 3. inst. quibus ex caus. manum. non licet leg. ait Praetor 10 §. 1. leg. si quis 15. quae in fraud. cred. leg. fraudis 79 de R. I. secundum quae in priori specie d. §. quarti, quod quoties fides data est restituendi ei, qui mortis tempo re capere potest, lex non fraudatur effectu atento, sive quod non concurrit effectus fraudis, cum eius consilio; censet Cuiacius non videri fraudem interpositam, nec fisco locum esse,

Quamvis

quamvis re vera fraudis consilium fuerit, et e contrario in posteriore specie
si fides detur restituendi ei, qui tunc capere poterat, postea autem cape
re prohibeatur, sentit idem Cuiacius quod inspecto exitu fraus legi fit, si ei, qui
tunc incapax est restituatur, auferre fiscum posse, nempe si cum hoc
exitu recurrat consilium fraudis, quod in priori specie, et quaestio tota supponitur
ut evenit, quoties fides tacita restituendi tunc incapaci acommodata
est in futurum casum, sive exitum intervenienti incapacitati, ut etiam post
eam, et in fraudem legum restitueretur d. lg. in fraudem 10. §. 1. in fin. iuxta
quem exponendum, et supplendum est, quod perspicue minus proponitur in d.
lg. 3. §. 9.º ~

11. Fideicommissi taciti descriptionem de qua hactenus, sequitur poena
a iure interposita, et, qui in fraudem iuris fidem tacitam acommodavit, ea
autem poena est, ut id, de quo quis tacitum fideicommissum suscepit, acceptumque
ut indigno legum fraudatori eripiatur, fiscoque vindicetur, unde ereptitium
sive ereptorium dicitur, quod acceptum, acquisitum que iam ei, qui tacite rogatus est,
quasi de manu eripit. lg. 9. ne quis eum qui in ius vocat. iuncta lg. pen.
vers. quadrans de iur. fisc. Plinius lib. 2. epist. 16. et distinguitur a ca
duco, quale est proprie, quod nondum adquisitum ei, cui relictum est, sive ante
quam ad manum eius perveniat, praeripit, et in fiscum cadit ut Ulpian.
significat in fragm. tit. 17. ea quae ipsa veteribus interpretibus ignora
ta, nobis quod notissima distractio est in dignorum, in quae ereptitia, et inca
pacium, in quae caduca observantur, iuxta quem exprimit Ulp. tit. 19. §. lege.
Cuiac. in notis ibi: quid ereptitium sit, ingenue se nescire fatenti, non par
cens Anton. Contius lib. 1. disput. cap. 17. vers. octavus, cui probibit,
subscripsit idem Cuiac. lib. 6. obs. cap. 37. et in lg. pen. de iur. fisc. quan
vis aliter pro ereptitium voce apud Ulp. receptitium substituens,
explicet Othomanus lib. 4. obs. cap. 19. inducta autem haec poena ut Ulp. indi
cat in d. §. lege et monuimus sup. nº. 9. legibus Iulia et Papia ne in eo
rum fraudem fideicommissa tacita restituerentur illi, qui palam re
licta capere eisdem legibus prohiberentur, notat noster Amaya in lg. 1.
C. de delatoribus lib. 10. nº. 3. eoque pertinet in lg. unic. C. de his qui se de
ferunt eod. lib. 10. mentio taciti fideicommissi relicti a marito uxori,
namque per lg. Iuliam, et Papiam, ut sup. diximus nº. 9. ultra decimam mari
ti uxor non poterat heres, actum erat, ut ad eam bona per hoc tacitum fidei
commissum pervenirent, ut his ipsis verbis apostissimis illustrandae d. lg.
unic. scribit Quintilian. lib. 9. instit. orat. cap. 2.

12 „Unde etiam illustranda est Papin.

Illustratur lg. ult. de his quae ut indignis.

in lg. ult. de his quae ut indig. dum sic scribit: si gener socerum heredem reli
querit, taciti fideicommissi suspitionem sola ratio paternae affectionis non

admittit

admitit, nimirum cum gener, idest, maritus patrem uxoris suæ, heredem insti tuisset, uidebatur præsumptio colligi taciti fideicommissi a marito relicti uxori, hereditatis (scilicet per interpositam patris personam) restituendæ ex ratione paternæ affectionis soceri, scilicet, erga filiam, arg. ex lg. pen. §. omnium quid. de bon. libert. lg. non solum 67 in princ. et §. 1. de ritu nupt. iuncto frequenti usu, abusuque fideicommissi taciti, ut per id ad uxorem bona per ueniant, quæ legibus non poss, ut ex quintiliano docuimus, eaque præsumptio, pro ratione dubitandi fuit in d. lg. ul. quæ tamen signanter reiecta, Papin. reiicit præsumptionem paternæ affectionis, quamuis præsumptionibus alijs iunctam in limitibus priuatorum causis atendi soleat, ut in d. lg. pen. § omnium quid, solam tamen non sufficere probando tacito fideicommisso præ sertim quoniam, tam in odium caducorum legum Iuliæ, et Papiæ ut in lg. uni. in princ. C. de cad. toll. tum quoniam partem fisci in dubio repetitur lg. non pacto 10. de iure fisci lg. 2. C. theod. de aduocato fisc. manifestissimæ probationes re quiruntur, ut fideicommissum tacitum detegatur, fisco que deferatur d. lg. 3. §. tacita iuncto §. 1. eiusd. leg. de iure fisci. ex quo ita Papin. explicat post Cuiac. in lg. in taciti 103. de leg. 1. Amaya in d. lg. 1. C. de delatoribus lb. 10. nº. 32. et ante eos præiuit compositor librorum Basylycon lb. 60. ttº. 42. in d. lg. ul. et ex latinis Accurs. ibidem solut. 2. cuius hæc sententiam Cuiac. lb. 14. Resp. Pap. in d. lg. ul. in d. lg. 3. §. tacita placuit. Ioannes Garcia de taci to fideicommisso nº 27. Farinacius de 2ª p. Prag. criminali uerbo: filius nº 82. rectissime docent, fideicommissi taciti probationem non induci ex præsumptio nibus aut coniecturis, nisi urgentes, adeoque certæ sint, ut manifestis probatio nibus iure æquiualeant, iuxta lg. ul. C. de probat. quamuis contrarium sensue rint plures, quos refert et refellit Amaya ubi proxime, et assertionem nram ad praxim produxit.

Plane, quamuis, ut diximus, legibus Iulia, et Papia inducta pœna fuerit exceptum in taciti fideicommissis, quæ et ante easdem leges, eo tem pore quo nondum fideicommissa iuris uinculo continebantur, incapacibus re linqui solebant prin. instit. ubi adde Richard. nº. 31 de fideicom. hered. fuerint tamen in usu, et post easdem leges, et circa alios incapaces, illis legibus non comprehen sos, ut in eleganti constitutione lg. nulla 27. uers. immo si quid C. theod. de Episcopis et clericis quam illustrauit ex lg. eclesiastici 20 et lg. legem 28. eod. ttº. et cap. nouell. Martiani 6. de ttº clericorum lg. 1. C. de sacrosanctis eclesijs Diuus Hieronimus lb. 2. epist. 12. ad Nepotianum Ambros. epist. 2. ad Simplicium, iunctis tra ditis a Cuiac. in lg. ita fidei 40. de iur. fisc. et lb. 14. quæstionum Pap. in lg. heres 14. de his quæ ut indig. et lb. 7. obs. cp. 30. Guillielmo Fornerio lb. 1. select. cp. 28. et et hodie frequens abusus fideicommissi taciti in filijs clericorum, qui incapaces 13

sunt

jus succedendi patri, vel matri ex test., et ab intestato iure novissimo, utroque cap. per venerabilem 13 qui filij sint legitimi lg. 6. et 7. tit. 8. lib. 5. compilat. ideoque si eis ab ijsve eiusdem generis, incapacibus restituendi, fides tacita suscepta sit, eripitur ei qui suscepit, ut indigno, et fisco vindicatur lg. 13. vers. la sexta razon tit. 21 part. 6. ubi Gregor. glos. 22. et segg. Gometius in lg. 9. tauri n.o 21. et segg.

Deinde et sciendum est, poenam hanc ereptitij contra heredem qui fidem tacitam accommodavit exacerbatam fuisse S.C.to Plautiano, quo cautum est, ut heredes in ea hereditatis aut legati parte, in qua tacitam fidem in fraudem legum adhibuit non usat deductione quartae falcidiae, aut Pegasianae qua alioquin uteretur suo iure lg. heres 11. lg. in quibus 23 de his quae ut indig. lg. beneficio 56. § 1. ad lg. falcid. Ulp. in fragm. tit.o 25. §. pen. addidit quod fuit S.C.to ex Antonini rescripto, ut quarta illa, cuius retentio heredi negatur, fisco vindicaret, lg. beneficio 59. § 1. lg. pen. de iure fisci lg. 3. C. ad leg. falc. Si autem extra praedictum S.C.tum et Antonini Pij constitutionem filius, qui in potestate patris fuit atque servus si patris, domini ve iussu fidem tacitam restituendi non capienti susceperint, quod cum parendi necessitate subvenerint, excusantur, nec eis, ut indignis quarta eripitur lg. in fraudem 10. § ul. de his quae ut indig. lg. si tacitum 13. ad lg. falc. iuncta Reg. lg. ad ea 157 de R. I. notat post multos A. Maya in d. lg. 1. C. de delatoribus lib. 10. n.o 55.

14 Illud, antequam propius ad quaestionem nostram accedamus explicatu dignissimum est quod proponitur in lg. si postulante 67. §. ul. ad Trebell. si heres palam rogatus hereditatem restituere ei qui solidum capere non potest, suspectam hereditatem dixerit donationis causa scilicet et a Pretore compulsus adiret, atque ita veluti donando, incapaci totam hereditatem restituerit lg. 4. ad Trebell. § ergo 6. inst. de fideicom. hered. auferendum esse a fisco id totum quod fideicommissarius capere non potest. id autem obscurum est, quippe non fuisse in ea specie tacitum fideicommissum, sed palam test.o aut codicillis relictum, vel ex eo constat quod si tacitum fuisset, cum id iure non consisteret, non esset locus coactioni coheredis, et restitutioni ex S.C.to pegasiano lg. ille a quo 13. §. quid ergo 3. lg. ita tamen 27. §. quoties 6. ad Trebell. tum etiam quod in herede animus donandi fideicommissario, non autem legis fraudandae supponitur in lg. si postulante 67. §. ul. Auget dificultatem, si iungas Pauli locum nondum in hac re expensum, aut expositum in lg. ita fidei 40. §. ul. de iur. fisci. ubi etiam eo casu, quo patronus tacite in fidem suam recipit, ut ex portione sibi debita aliquid incapaci praestet, scriptum est, cessare fraudem, et consequenter poenam fraudis, sive ereptitium, quia de suo largitur, idest, quod cum fideicommissum legitimae portioni iniunctum, patronus praestare non compellatur lg. cum patronus 28. de leg. 2. lg. si patronus 45. de bonis libert. si sponte ille

in fidem

in fidem suam recipiat, et ex parte sua praestet, non tam ex voluntate, aut bonis defuncti restituere, quam de suo patrimonio largiri, aut donare intelligitur, quod neque sibi vetitum, neque incapaci ex testamento defuncti statim prohibitum, ut ex patroni inter vivos donatione adquirat, ergo, et multo magis, cum heres donandi animo suspectam hereditatem dicit, et incapaci restituit, nihil auferre fiscum debet, quia tunc, et fraus cessat, cum heres tacite rogatus non sit, et plus iuris est, ut de suo donare intelligatur, et ex eius donatione incapax alioquin adquirat; cum eo tempore animum donandi meatur, quo hereditatem sibi delatam sponte adeundo retinere pro parte heres posset, et e contrario in patrono sit, fidei tacitae suspitio, et eo tempore, quo suscepit, minus iuris sit ei, vivo adhuc liberto, cuius ex bonis tunc nihil ei debeatur aut delatum sit lg. si patronum 44. §. ul. de bon. libert. iuncta reg. lg. qui superstitis 94. hoc tit.

Quae ut res non Vulgariter explicetur, .L5.

omissa in primis improbabili sententia Garziae de tacit. fideic. nº 11. et 12. quam reprehendit merito Amaya in lg. 1. C. de delatoribus lib. 10. nº 26. reiecta et alia interpretatione Baldi in lg. eas quas nº 21. C. de fideic. et aliorum quos post Gomezium sequitur Amaya ubi supra ex nº 24. affirmantium ideo in d. lg. si postulante 67. §. ul. auferri velut indigno a fisco partem fideicommissi incapaci restituti, quod ex donandi animo, et restitutione eo praesertim facta, inducitur praesumptio tacitae fidei, et fraudis contra leges inventae, quae tali interpretationem repudiant postrema verba d. §. ul. ubi Iurisconsultus statuit, et sine animo donandi, et consequenter cessante hac coniectura fraudis, praesertim quae quidem ex donandi animo excluditur, potius quam colligitur d. lg. Itaque dei. 40. §. ul. et utcumque colligeretur, non sufficeret probationi taciti fideicommissi ex reg. d. lg. 3. §. tacita de iur. fisc. iunctis iuxta ea traditis sup. nº 12 in fin. affirmandum est in specie d. lg. 67. §. ul. etiam si palam datum fideicommissum, et neque taciti praesumptio, neque fraudandi animum fuerit, auferre tamen fiscum fideicommissario id, quod capere non potest, quia cum quaestio sit de eo, qui solidum capere non potest, ponenda species est in orbo, qui ex lg. Iul. et Pap. non nisi dimidium relicti capere poterat, quomodo mentio non capientis solidum explicanda est in lg. si is 6. de Vulg. lg. cum ei 42. lg. si titio 55. §. 1. de leg. 2. lg. cogi 16. §. hi qui solidum ad trebell. lg. edicto 13. § ul. de iur. fisc. lg. ei qui 20. de mort. caus. don. cum laudatis sup. nº 3. et 9. plane morbo cum non sit pure, et absolute incapax, sed veluti sub conditione, si intra diem cretionis centum legi paruerit d. nº 3. quamvis ei palam fideicommissum hereditatis relictum sit, non habetur a principio pro non scripto, et inutili, quia potest ex postfacto firmari, ei quoque cum effectu adquiri, si legi scilicet paruerit, aut si non paruerit fit caducum, quod a principio pro non scripto distinguitur lg. unic. §. et cum triplici. C. de cad. toll. idcirco quoque cum heres suspectam sibi dicat hereditatem, intra

centum

dies cretionis, sive q̄d idem est, intra tempus de hereditate deliberandi, ac decernendi, ut et fieri solet, et debet lg. 2. §. ul. de his et legit. Ulp. in frag. ttᵒ 22. § cretio 22 quo tempore adhuc orbus legibus parendo solidum fideicommissum capere potest, et partem statim potest, potuit etiam eo tempore heres cogi ex Pegasiano adire et fideicommisso, ut potenondum apperte inutili d. lle aquo 13. in prin. et §. 1. et seqq lg. ita tn 27 § quoties ad Trebell. et tn si post aditionem, et ante restitutionem desit, orbum intra tempus cretionis legi n̄ paruisse, cadit ab eo in fiscum fideicommissi pars, ut caduca teste Ulp. in frag. ttᵒ 17 sive, ut valentij vox bene sunt in d. lg. 67 §. ul. aufertur ei id q̄d capere n̄ potest, q̄a quamvis n̄ ob tacitam fidei fraudive causam ut adquisitam eam, indigno auferatur quo modo auferre dicitur in Rub. ff. de his quae ut indig. cunctis traditis sup. nᵒ 11. q̄d ut caducum, et q̄d adquiri, si te n̄ capi potuit, aufertur tn id, q̄re ipsa restitutum fuit incapaci, et auferendi verbum alterdum usurpat in eo, q̄d ut caducum vindicatur ut in lg. Plautius 43. § item scinditur de vulg. et dem. quae exponens ex Ulp. ttᵒ 17. § hodie et tt 18. lg. si in tt. §. de vulg. lg. si titio 55. §. 1. in fin. de leg. 2. lg si id q̄d 21. §. ul. lg. si is qui duos 29. de liberat. legata.

16 Neque interpretatione hac retenta, obstat Paulus in d. lg. ita fidei 40 §. ul. quippe observandum ē in d. lg. 67 § ul. etiam si in herede, quo tempore suspectum dixit hereditatem, fuerit, de ea, ut sua, q̄d suae statim facere adeundo poterat, nihilum donandi, postquam tantum coactus adijt, et inspecto restitutionis tempore, quo donatio habitura effectum erat, dici n̄ posse heredem de suo donare, q̄a tunc etiam si velit n̄ hūs retinere potest lg. nam q̄d 14. § qui impulsus lg. si patroni 55 § quid ergo 3. ad Trebell. ideoque et orbo, si nisi ex tt. defuncti, a quo capere n̄ potest, restitui censet, et quatenus capere n̄ potest aufertur, diversum ē in specie d. lg. ita 40. §. ul. q̄a patronus fideicommissum tacite, aut palam relictum ex portione sibi debita, numquam cogi potuit praestare d. lg. cum patronus 28 de leg. 2. etiam si stipulanti fideicommissario spoponderit lg. si patronus 20 de donat. et q̄d e amplius, propius q̄d magis, quamvis postulante fideicommissario cui partem sibi debitam restituere rogatus fuit, coactus fuerit adire, licet adhuc patrono, qui coactus adijt, partem sibi debitam retinere, nec restituere lg. ita tn 27. §. si patronus 13. ad Trebell. lg. pen. §. si patronus de bon. libert. et repetere si per errorem restituit lg. patronus 60. ad Trebell. quapropter cum patronus ex portione sua praestans, praestet id, q̄d per errorem datum repeteret, neque ut restitueret cogi potuit, si sciens, sponteque praestet eo tempore, effectusque donationis inspecto, n̄ immerito donare intelligitur ex reg. lg. cum per errorem 52. lg. donari 82. de R. I.

Cessat q;

cessat q[uod] omnino fraus, saltem effectu, q[uia] quamvis eis, uelut ministrum fuerit, cum tacite patronum in fidem suam recipit, ut praestaret incapaci, et fingamus hunc ipsum fuisse cum libertis, orbum ue, q[ui] ex t[estamen]to capere non poterat, non tamen ex t[estamen]to defuncti, neque ex fideicommisso, cuius incapax est, et quo patronus non tenebatur, capit ex donatione, cuius incapax non est, nempe patroni de suo largientis, eo tempore, quod ipsum, q[uod] largitur, retinere ut suum poterat d. lg. ita qo. § ul. iuncta lg. 3. § q[uo]d de iure fisci.

His ita de fideicommissi taciti definitione, et poena praemissis, succedit opportune iam enarranda quaestio, et decisio nostrae leg. si totam 83. in ea heres proponitur ex parte institutus, totam quoque eam partem tacite rogatus incapaci restituere, quaestio in eo est, si alterius coheredis ex alia hereditatis parte instituti portio deficiat, an huic, qui tacite rogatus est accrescat, an potius fisco, ad quem portio illius, qui tacitam fidem adhibuit, uelut indigno erepta perventura est. Dubitandi seu potius decidendi pro herede, et contra fiscum rationes, quas iam uno, uelut fasce, complectemur, ut causae status clarior appareat, sic quae sequuntur. 1. q[uia] heres fiduciarius in fraudem legum, qui semel adiit, etiam postquam ei, ut indigno fiscus hereditatem aufert, permanet heres iure civili l. ex facto 43 § Iulianus de vulg. lg. si quis 33. de relig. ideoque libertates, et legata aliis eo t[estamen]to relicta, solida sunt lg. imperator. 12. § ul. de fideicomissar. libert. lg. dr. 14 de iure fisci. et quod amplius, si ipsi incapaci promisserit, tenetur ipso, meroque iure lg. si quis sub dit. 7. de edit. inst. proinde et capax est, tamquam heres iuris accrescendi, quod inter coheredes inductum iure civili lg. certe. § his itaque 2. de cad. toll. 2. q[uia] idem heres, quoad effectum et emolumentum attinet restitutionis, in qua tacitam fidem suscepit, habetur pro herede, ideoque ad successionem pupilli ex substitutione ita facta: quisquis mihi heres erit, admittitur pro qua parte institutus fuit heres, et adeundo ex t[estamen]to, etiam si partem illius partis fiscus abstulerit d. lg. ex facto. 43. § Iulianus, quoniam, ut ibi scriptum est satis punitus est meo, in quo fuit contra leges, hoc est in ea parte hereditatis, in qua fraudem adhibuit, quaeque ideo ablata ei fuit, ergo neque puniendus in parte accrescente, ita ut ei denegetur, arg. ex lg. heres. 12. in fin. de his quae ut indig. 3. q[uia] et praelegatus, q[ui] partim pro herede, partim iure legati capit, et possidet, relinquitur tamquam in integrum, et sequentur etiam pro ea parte, quam ut heres capit, et in qua fraudem adhibuit lg. eum qui. 18. § ul. de his quae ut indig. 4. q[uia] et quo

haec ratio notabiis ad decisionem sup. lg. 6. § ad Trebell.

ad onera

ad onera suscepti taciti fideicommissi, qui semel adit, eousque permanet heres, ut neque servitutes, quas in defuncti bonis, neque actiones quas contra defunctum habuit, et aditione confusae sunt, ei restituantur, etiam post ereptam a fisco hereditatem d. leg. eum qui. 18. §. bonis. iuncta leg. in digno d. leg. heredem 17. de his quae ut indignis leg. eius 29 §. 1. et seq. de iure fisci. leg. eum qui 2. §. ult. de inofficios. tit.º 5. denique ratio accedit, quod quamvis alii heredes, quibus ut indignis fiscus hereditatem eripit, etiam fructuum ante litem motam distractorum usuras praestare teneantur, post litem motam leg. 1. C. de his quae ut indig. iuncta leg. item vero §. hec ad vers. vers. caeterum de petition. hered. heres tamen, qui tacitam fidem dedit, est immunis a pendendis fructuum usuris, citra distinctionem temporis d. leg. eius qui 18 in fin. prin. quae singula sane suadent, non esse denegandum accrescendi ius ei, qui etiam post ereptam a fisco hereditatem manet heres, non tantum tit.º, sed etiam quoad effectus, emolumenta, onera, et alia veluti accessoria partis ereptae.

L8 Sed in contrarium in quaestione proposita pro fisco contra heredem, non leviora, quamvis pauciora iuris argumenta sunt. Primum est heredi fraudatori, qui tacitam fidem dedit, non solum eam partem, in qua fraudem adhibuit, adimi, et retentionem falcidiae ex ea parte d. leg. heres 11. leg. siquis 23. de his quae ut indig. leg. beneficio 59. §. 1. ad leg. falcid. leg. 3. C. eod. leg. pen. de iure fisci, sed generaliter, tanquam poro deritu emolumentum omne ex tacito fideicommisso, ut scriptum est in leg. cum quidam 17 §. in tacito de usur. leg. praedonis 46. de her. petit.e 2um et quod propie ad rem pertinet, est ex Ulp. in frag. tit.º 25. §. pen. in fin. nam cum per leg. Iul. et Pap. liberi, parentes ve testatoris, aliique genere proximi iuxta 3um gradum, si heredes instituti essent, et in persona coheredis, aut legatarii, caelibis, orbive portio hereditatis, aut legatum ita deficeret, ut tanquam caducum, sive in causa caduci fisco deferendum esset, vindicarent hi potius, seu retinerent ex iure antiquo, scilicet, accrescendi in portione coheredis, aut ex iure eorum, quae pro non scriptis sunt, quo iure ante leg. Papiam, quae deficiebant, vel accrescebant iunctis, vel manebant pro non scripti apud eos, a quibus relicta erant; ut docet Ulp. tit.º 17. §. 1 et tit.º 18. iuncta leg. unic. §. et cum lex C. de cad. toll. leg. si in tit.º §. de vulg. Nicephorus lib. 1. Eccles. hist. cap. 9. tamen ei, qui fidem tacitam in fraudem legum accommodavit, denegatur ius vindicandi caducum, tanquam accrescens, vel pro non scripto, ex eo tit.º, etiam si ex liberis defuncti sit, teste Ulp. d. tit.º 25. §. pen. iuncta expositione

et emendat.e

et emendatione Cuiac. ibidem in notis et vid. lg. in taciti 103. de leg. 1. et lib. 19. quaest. Pap. in d. lg. heres. 11. de his quae ut indig. et denegatur ius accrescendi, quod in hac re, vocat ius antiquum in lg. pater 29 §. vel de leg. 2. ubi sic explicant Academici antecessores, post Sarmientum ibidem, Eduardum, Calderam lib. 4. var. cap. 3. n.º 19. Cuiac. in lg. si duobus. 16. de leg. 1. Anto. Fab. lib. 4. coniect. cap. 13. et lib. 18. cap. 15. ergo et in nostra lege. 83. ei, qui tacitam fidem adhibuit, denegandum est ius accrescendi portionis vacantis. [illegible]

3. praecipuum quoque eiusdem sententiae argumentum, quo et in praesenti Ulp. utitur, probatque, heredi fraudatori, portionem deficientem non acrescere, extat in verbis illis: quia rem non videt habere. Respicit autem haec ratio iuris principium, quo docemur accrescendi ius ita receptum esse, ut portio hereditatis deficiens, portionem adi... 19

tam sibi acquisitam, ut incrementum litoris, et alluvio quaedam tacito, et necessario iure sequatur, et consequenter magis portioni hereditariae, quam personae heredis accrescat lg. si quis heres. 35. lg. qui ex duobus 53. §. 1. lg. servus communis. 67. hoc. tit.º lg. 2. §. si duo de bonor. pos. sec. tabul. verum lg. si Titio 33. §. 1. de usufructu, et ideo etiam si heredis, qui semel adit persona defecerit moriente eo, antequam coheredis portio vacaret, pertinet tamen ad heredem eius, qui adit, quia non tam inhaeret personae, quae deficit, quam portioni eius quae transmissa est mungitur, accrescit tamen d. lg. qui ex duobus 52. lg. qui patri 59. in fin. hoc. tit.º lg. haec scriptura 26. §. 1. de cond. et dem. lg. si ex pluribus 9. §. de his et sequent. §. ult. inst. de S.C.º orphitiano lg. liber homo. 59. §. si ita scriptum cum seqq. de heredibus inst. lg. uni. §. 10. vers. his itaque C. de cad. toll. ubi Cuiac. et lib. 12. obs. cap. 11. Ant. Valentia illust. 3. tom. tract. 1. cap. 4. n.º 10. et 17. cum seq. et cap. 6. ex n.º 2. Hilliger. ad Donell. lib. 7. com. cap. 12. lit. 1. unde itaque proprie colligitur, quum heredi tacite rogato portionem suam restituere incapaci, fiscus eripiat portionem, et quamvis iure ipso personam heredis retineat, non habeat in re, seu portionem hereditatis, non potest ei deficiens portio accrescere, quin potius sequi debet portionem, quae ad fiscum transit, eique acquiri ut explicat Cuiac. lib. 12. obs. cap. 13. Duar. lib. 2. de iur. accresc. cap. 6. ex nostratibus Richard. ad hunc tit.º cap. 29. n.º 96. Amaya in lg. 1. C. de delatoribus. lib. 10. n.º 3.

Verum tamen huic Ulp. sententiae, et rationi, 20

obstat acriter Papinianus apud Ulp. in lg. papinianus 43. ad S.C. Trebell. ubi cum heres ex semisse institutus et rogatus restituere, hereditatem suspectam dixerit, ac compulsus adierit, et restituerit, supponit Justinian. accrevisse heredi compulso, post restitutionem, portionem coheredis, dubitatque an fideicommissarius, ut portionem quae accrevit, consequatur, opus sit alia actione, idest alia fideicommissi persequutione, quam latiore actionis appellatione continetur,

ut in lg.

ut in lg. pecuniæ 168. §. actionis et §. ul. de V. S. quomodo ea verba ind. lg. 43. exponit Hilligerus ad Donell. lib. 7. com. cap. 26. lit. H. quamvis pro verbis: alia actione, reponat: alia aditione, Cuiac. lib. 12. obs. cap. 12. et alia coactione, fab. de error. deca. 50. erro. 4. agg. non dissentit Richard. ad hunc titulum cap. 29. nº. 54. respondet autem Papin. securum fideicommissarium esse posse, et consequenter neque actionem aliam, sive persecutionem fideicommissi, neque aditionem, sive coactionem requiri, et de illo solum quærendum ait, an opus sit fideicommissario novo restitutione partis, quæ postea accrevit, qua tantum restitutione, quasi Papin. dubitet, nec decidat, affirmat opus non esse Cuiac. lib. 12. obs. cap. 12. Don. lib. 7. com. cap. 26. et ex contrario, verius fab. d. erro. 4. nº 19. contendit, opus esse, quasi ita Papin. dum quærit, dubitatque, decidat, et sapienter interrogando doceat, ut forcatulus loquitur in dialog. de Arte Rhethorica pag. mihi 379. suo et socratico, sive academico modeste respondendi more, quem non semel I.C. sequuntur. ut in lg. ul. §. ad liber. proc. non licet. iuncto Quintil. lib. 9. inst. orat. cap. 2. illud utique ex universo contextu d. lg. 43. euincitur, deficientem portionem accrescere ipso iure heredi, etiam post restitutionem portionis suæ, non autem fideicommissario, immo neque ab herede in eum transire, nisi quo casu heres compulsus adit, ideo quod retinere nihil potest ex ea hereditate ut in d. lg. 43. alioquin si sponte adit, heredi etiam post restitutionem portionis suæ sic accrescit portio deficiens, ut neque fideicommissario restituere compellatur ut post Cuiac. fabrum quod ubi supra docent, fachineus lib. 10. controversi. cap. 69. Richard. ubi proxime et in §. Restituta nº. 18. inst. de fidei commiss. hered. Valent. illust. lib. 1. tract. 1. cap. 2. nº. 21. quamvis contrarium, nempe ius accrescendi, transire semper ad fideicommissarium, eique non heredi, post restitutionem accrescere, ex reg. et ratione nostræ leg. si totam. 83. docuerint post Bart. et antiquiores Iason in lg. re coniuncti. 89. de leg. 3. Duar. lib. 2. de iur. accresc. cap. 6. Donell. lib. 7. com. cap. 26. et ibi Hillig. lit. A. Gutierrez in lg. uni. nº. 66. C. quando non petentium part. Spino in specul. tit. 2 glos. 21 principali nº. 66. novissime nostr Larrea 2ª. tom. decis. granat. 90. nº. 26. ergo et ei, cui ex caussa fideicommissi taciti fiscus hereditatem aufert, quamvis rem, aut portionem non habeat debet deficiens portio accrescere d. lg. nostra 83. Accedit difficultati augendæ, quod placuit, plus iuris in sucessione et bonis defuncti habere eum, qui tacite rogatus est, quam qui compulsus adit, et ideo ius accrescendi, quod huic conceditur in d. lg. 43. non esse negandum illi in nostra lg. 83. quippe qui tacitam fidem suscepit admittitur, ut cum effectu retineat ex substitutionem pupillarem ex illa formula: quisquis mihi heres erit, d. lg. ex facto. 43. §. Iulius de Vulgar. et prælegatum integrum retinet d. lg. eum qui 18 §. ul. de his quæ ut indig. contra est contrario ad eandem substitutionem, et prælegatum non admittitur cum effectu, qui restituere cogitur, qui compulsus adiit, lg. ita tamen 27. §. qui suspectam et

§. Si

§. si præceptis lg. si patroni. 99. §. quid ergo. vers. adeo. ad Trebell.

Huic difficultati explicandæ mul- 21
ta mouent, moliunturq. post Accurs. Bart. Castrens. Alberic. Cuman. et alios in præs. et in d. lg. ex facto §. Iulius Cuiac. ibi lib. 9. q. Pauli. in fine et lib. 12. obs. cp. 13. in fine Richard. ad hunc tt. cp. 29. ex n. 99. Amaya in lg. 1. C. de latent. lib. 10. n.º 30. qui tn̄ sicut neq. integra exponunt, ita nec ple ne, et integrè faciunt ei satis, ut facile atendenti apparebit. quare his o missis, ut et postremo huic arg. et simul quind. illi, quæ 5ª Ultp. nrū propo suimus sup. n.º 17. una opera respondeamus, obseruandū est, q. nonnū in tacitis indignorū fortasse generaliter obseruari, et ad indignitatis genus pertinet, distingui oportere duos veluti primarios ordines indignorū. 1.us est eorū, qui sola iuris auctoritate indigni censentur, et quid si iusta ex caussa: quamuis propie nec de persona, nec de voluntate testatoris male meruerint, quales sunt ij, qui fidē tacitā restituendi incapaci susceperunt quos quantenus merito pro indignis habeant leges, q. eas fraudare co nati si, n. post tn̄ censeri indigni, quoad ttorē, cui ibi 5ª legū præcepta fi dē accommodauerint lg. 3. de probat. lg. si tacitū. 13. ad leg. falcid. princ. instit. de fidei com. hered. eoq. respectu, qui tacite rogatus est, si postea tacitū contra ea occultat, ne incapaci fidei commissū reddat, dicit. fisci, et incapacis pariter inimicus, grauiq. poena coercetur, ut poterant duplici pro fide erga ttorē, et leges lg. uni. in fin. C. de his qui se defer. lib. 10. iuncto his traditis ab Amaya ibi, et ubi proxime n.º 66. 2.us ordo eorū é, qui et iuris, et ttorū respectu, siue censura indigni si, cuiusmodi inter plures alios cen sentur, qui defuncti occisi uindictā scientes omiserint lg. 1. lg. 3. lg. minoribus 6. cū lg. seq. lg. cū fratē. 9. cū segg. C. de his qq. ut indig. lg. necessarios. 5. § in aliis lg. 15. §. ul. ad Silanian. Deinde et obseruandū é, quoad genus in dignitatū inter hos duos ordines multū referre, quippe priori ordine cū sint iuris, n. ttorū censura indigni negantur quidē, siue auferuntur emo lumenta omnia, quæ ex sola iuris auctoritate pendent, n. at in ea quæ ex defuncti iudicio propié, præcipueq. deferuntur, nimirū excepta semper ea pte hereditatis, legati ue, aut alterius relicti, in qua indignitatē pro prié admiserunt, ueluti tacito fideicommisso in eo, qui tacite rogatus é, q. quam uis id ex uoluntate defuncti, quæ n. ofendit, remanere apud ipsū rogatū fidei comissario n. capiente deberet potius, quā fisco deferri lg. Iulian. 60. de leg. 2. eripitur tn̄ ei, ut indigno, ne alioquin impunitus maneat in eo ipso, in quo deliquit, d. lg. ex facto 43. §. relig. e contrario autē posteriori indignorū ordine, ut qui et simul de ttore, et legibus male merito, utriusq. etiā generis emolumenta adimuntur, illud autē in utroq. utriq. indignorū ordini est heredes eo iure manere, qui semel extiterunt, etiā si postea fiscus here ditatē, ut indignis auferat, q. nec aliter iuris ratio n. patitur d. lg. ex

facto.

facto 43. §. Iulius d. lg. eum qui 16 de his quae ut indig. lg. si quis 33. de religios.

Distintioni propositae haec, authoritate quod debebunt simul, et dabunt quaecunque pro Ulp. n.° 18. et 19. et c. Ulp. n.° 17. et 20. in quo in lege stolata 83. iam praeposuimus, quae singula ut recenseamus ordine, et illustremus, in primis ex eo quod diximus, heredi tacite rogato emolumenta omnia quae iure deferuntur, auferre consequens est, eidem etiam retentionem quartae falcidiae denegari, nimirum quia ea retentio non ex voluntate defuncti, sed iuris authoritate inducitur, cuius beneficio indignus est, qui contra leges fidem accommodavit lg. 1. in prin. lg. quod bonis 17. §. 1. et ul. ad lg. falcid. negatam autem esse retentio ex tacito fideicommisso lg. beneficio. 59. §. 1. ad lg. falcid. lg. pen. de iur. fisci, non autem ex alijs legatis, ex quibus non ideo minus heres fraudatur retinet quartam pro rata lg. 3. C. ad lg. falcid. sicut et in alia portione hereditatis falcidiam exercet, si fideicommissum duntaxat fuerit partis unius eamque fiscus abstulerit lg. heres 11 in fin. de his quae ut indig. lg. ubi Cuiac. lib. 15. quaest. Papin. et 7. obs. cap. 31. in fin. nempe ut in ea sola parte puniatur, in qua deliquit d. lg. ex facto. 43. §. Iulius.

23 Secundo ex eadem ratione iuris interpretandus est Ulpiani locus desperatione fere interpretationis d. tit.° 25. §. ul. ubi illa emendatio Cuiac. qui pro verbis: si liberos habeat reponit si ex liberis exstat exponit quod ut monuimus sup. n.° 18. omnino dupliciter tum quia si tacite rogatus esset ex liberis tit.um eo ipso vitaret poenam tacitae fideicommissi lg. in fraudem 10. §. ul. de his quae ut indig. lg. si tacitum 13. ad lg. falcid. nisi emancipatum filium fuisse proponas, quod nimiae restrictionis, et expletionis ad Ulp. esset: tum etiam, quia et privilegium Papiae leg. de quo Ulp. tit.° 18. et sententia eiusdem Ulp. d. tit.° 25. §. ul. fuit de iure vindicandi caducum ex eo tit.o, non autem ut Cuiac. supponit in eo qui poenam taciti ~~fideicommissi~~ rogati agnoscit de tacito fideicommisso, quod id neque est caducum non capienti, sed ut ereptorium indigno aufertur, teste Ulp. tit.° 19 §. lege. neque ex tit.o pendet, in quo non relinquitur, sed ex tacita fide, et cautione lg. in tacitis 103. de leg. 1. lg. 3 de iure fisci proinde neque tacite rogati poena aliqua specialis potest esse in eo, ut tacite relicti vindicandi ius non habeat, quod nunquam habuit. quare interim dum alia probabiliora ocurrunt, tentari potest referendam esse Ulp. sententiam in d. §. ul. ad vetus. S.C. circa leg. Iul. et Pap. factum, cuius et mentio extat in lg. Iulianus. 60. de leg. 2. et quod idem fortasse fuit cum S.C.to Plantiano ad easdem leges facto, quo falcidiae deductio heredi tacite rogato inhibita d. lg. heres 11. lg. si quilibet 23 de his quae ut indig. lg. beneficio. 59. §. 1. ad lg. falcid. ideo Ulp. uno orationis filio de quadrante non deducendo,

et caduco

et caduco non uindicando senatus censuisse scribit ind. § ul. eo itaque S.C. cautum fuit, fideicommissa, quae legatarij onerati sunt, etiam si ex fideicommissarij persona sic deficiant, ut tanquam caduca, vel in causa caduci fisco deferenda sint, pertinere tamen potius ad legatarium, quam ad fiscum d. l. Iulia n. 60. sanctis traditis a Cuiac. lib. 20. obs. cap. 37. ubi ex hoc principio interpretatur l. cum filio 44. in fin. de leg. 2. subscribente Richard. ad tit. 23 de leg. 2. cap. 14 ex n. 4. et quidem adeo, ut etiam si heres institutus sit tit. 24 filius, qui alioquin ex l. Papia ius uindicandi legati caduci a se relicti habet d. tit. 18. praeferatur tamen ei legatarius in uindicatione caduci fideicommissi, quo ipse oneratus erat, quia in eo potiorem heredem eum, cuius fides electa sit, senatus censuit, ut exprimitur ind. l. Iuliana 60. quam exponit ita Cuiac. ibi: et in l. siquis titio 27 de leg. 2. et in l. unic. § cum igitur 6. de cad. toll. et lib. 20 obs. cap. 2. ubi et exponit cum l. pen. § matri de adim. legat. de quo uidendus etiam Faber lib. 3. rect. cap. 18. et de error. deca. 66. error. 8. Helliq. ad Don. lib. 8. cap. 17. lit. H. Fulgosius in l. unic. § 1. n. 2. Castrensis ibi n. 4. C. de caduc. toll.

Illud primum monemus, non aliter legatario 24 ius caduci competere uindicandi ind. l. 60. quam si liberos habeat; quod et si nullibi notatum, vulgoque adhuc ignotum, tamen certa iuris ratio euincit; quippe si legatarius caelebs, vel orbus esset, cum ab eo ipso legatum ei relictum, tanquam caducum iure fiscus uindicaret, absurdum esset, cum illud ipsum legatum, tanquam fideicommissum deficiens in persona fideicommissarij, fortasse caelibis, retinere, quod capere tanquam legatum ex sua persona, ut potea caelebs etiam non potera[t], quin et absurdius longe foret, hunc legatarium caelibem, ac proinde obnoxium poenae caduci ex lege Papia praeferri, ut praefertur in uindicatione caduci in l. Iulia n. 60. filio tit. 24, cui lex Papia eiusmodi munus imponere enubuit l. unic. § et cum lex. C. de cad. toll. ergo eo supposito, quod proposuimus, ius caduci fideicommissi uindicandi legatario, non nisi si liberos habenti, competere ex S.C. de quo Ulp. ind. l. 60. adjicit nunc Ulpian. apte d. tit. 25. § ul. eum scilicet legatarium, qui tacitum fideicommissum susceperit, etiam si liberos habeat, non tamen posse uindicare fideicommissum aliud a se relictum eo tit., et ex persona fideicommissarij caducum: nempe quia emolumentum hoc iure delatum ei, senatus ut indigno iuris emolumentis merito ademit, sicut et deductionem quartae heredi: eoque respectu Ulp. ut tam heredi, quam legatario oratio competeret, non exordiatur ind. § ul. ita si heres ut in § praecedenti communi uerbo: siquis de utroque scilicet quarante, et caduco senatum censuisse scribit d. l. Iuliana

60. d. l.

60. d. l. beneficio 55. §. 1. nec movemur, si obiicias, deductionem quartę non negari heredi, nisi ex tacito fideicommisso, non ex aliis legatis, in quibus non deliquit l. 3. C. ad l. falcid. l. heres. 11. de his quae ut indig. iuncta ratione d. l. ex facto 43. §. Iulig. proinde nec legatario negari nisi ab iure posse, ius vindicandi aliud caducum ex eo titulo. Nam respondemus extare adhuc differentię rationem, quod quartę retentio pendet ex lege falcidia, contra quam heres in fide tacita nihil propie commisit, et ideo satis visum fuit puniri eum in eo, ut nihil retineat ex tacito fideicommisso in quo deliquit d. §. Iulig. at caduci vindicatio fuit beneficium S.C.tu facti ad leg. Papiam, contra quam propie in tacita fide delinquitur, et ideo indignus est eiusdem legis beneficio, etiam in alio fideicommisso, qui contra eam in tacito deliquit, ut propie, et ad rem probat, si dextro expendatur, elegans textus in l. filio 48. § si ignominiosum de rit. nup. Ulp. in frag. titulo 16. § aliquando et §. seq. vers. quasi maior iuncta reg. l. auxilium 37. de minor.

25 Quo ex eadem illa distinctione in promptu ratio est decisionis leg. nostrę si totum. 83. si supponamus, quod et certum, receptumque est, ius accrescendi in hereditatibus, sive inter coheredes, non ex presumpta defuncti voluntate pendere, aut prefecturei l. si duobus 37 de testamento militis contra repręsantionem ab herede, qui semel adiit susceptum postea dividi, aut pro parte deficiente recusari l. unic. §. 10. vers. in his itaque in fin. ubi Bart. C. de cad. toll. iunctis traditis post plures a Valentia lib. 1. illust. tract. 1. cap. 1. n.o 2. et 6. cum seqq. et lib. 3. tract. 1. cap. 4. ex n.o 10. quod adficimus heredi, etiam non indigno negari lege Papia ius accrescendi portionis deficientis, quotiescumque ea portio ex persona coheredis cęlibis, orbi ve in fiscum cadit, ut Ulpian. docet sic accipiendus in frag. titulo 1. §. intermedias 21. et titulo 24. §. si duobus 12. cum seq. inde itaque fit, quod dicimus, heredi tacitę fidei administro portionem coheredis non accrescere, tum quia indignus est iuris emolumentis, quale ius accrescendi est: tum ex maxime, quia cum etiam ei heredi, qui ipse in legem Papiam nihil commisit, admat Papia lex ius accrescendi portionis caducę ex persona coheredis cęlibis, orbive, absurdum esse servari ea lege ius accrescendi ei heredi, qui tacita fide suscepta in eandem legem deliquit et accrescere ei, respectu suę portionis, quę tanquam ereptitia ad fiscum pertinet.

26 Neque obiicies, quod placuit heredi fiduciario, et quidem ei qui suspectam hereditatem dixit, et coactus adiit, restituit que accrescere etiam post restitutionem, ~~[illegible]~~ portionem coheredis ipso iure d. l. Papin.

43. ad

